9 ¶ Nono queritur vtrum legata ad pias causas valeant in testamento etiam minus solenni voluntate facto: et dico q sic extra de testa. cum esset. qr in tali legato sufficiũt duo vel tres testes: cum tñ dicat ibi dñs aut decu. q de iure ciuili in testamento requirũtur septem nisi sit rusticorum in quo sufficiũt quinq; sicut et in codicillis. C. de test. l. fi. ꝺz qr. d. c. cum esset. videtur cum duob⁹ aut tribus testibus requirere etiam presbyteri ꝑsentiam: querit an valeat testamentum nõ assistente presbytero parrochiali: et dicit qđ sic quantum ad legatum ad pias cãs scõm cõiter doc. non autem in alijs nisi adsit presbyter cum duobus testibus. et sic. d. c. ꝺz intelligi ſm. c. sequens. s. c. relatum. q de duobus testibus non de presbytero mentionem facit. Et dicit spe. q si adessent tres alij testes et non presbyter non valeret: et idẽ si alius presbyter et non suus: qr a solennitate legali recedi non ꝺz nisi quantum expressum est in iure canonico: vnde cum tex. reqrat ꝑsbyterum suũ: dempto presbytero suo remanemus in dispositione iuris ciuilis: et ista est cõmunis opinio. Ipse tñ aliter determinat vt infra testm. ℌ. v.

¶ Decimo qritur vtrum ex defectu testamẽti vitientur legata ad pias causas: et dicit panor. in. c. indicante. de testa. q non scõm vnam opinionem. vt no. in. l. j. C. de sac. eccle. et in. l. eam quam. C. de fideicõ. ꝑ quo facit quod not. barto. in. d. l. j. et bal. in. l. illa quis relinquit sua respectu pie cause dispositioni ritꝰ valet: ꝺz non valeat testamentuꝫ quo ifra testamentum. j. ℌ. ix. Rõ. diuersitatis est. qr talis cuius arbitrio committitur ꝺz regulam iuris dicunt. humani et gẽtium oibus deo et religioni debeatur. et ad redimẽda peccata. xij. q. ij. aie. de pe. dist. j. medicina: ideoq; aliud facerenõ potest. In ꝓpha nio aũt nulla est regula limitãs: ideoq; posset aliud velle quam testator: et ꝓpterea cuꝰ voluntas testatoris sit incerta. ideo ẽ capratoria. idest adulatoria seu deceptoria secũdum glo. in. c. cum tibi de testa. Aduertẽdũ est hic secũdum Bar. de sar. fer. in sua instrica. quod aut testator voluit quod testamẽtum valeret iure directo testamenti et nõ aliter: et sic si testamẽtum est nullum. qr ista heredem incapacem. heres ad quem veniunt bona non tenetur in conscientia: aut vouit quod si non iure testamẽti saltem valeret iure codicillorum. et omni alio modo quo posset: et tunc ille ad quem bona peruenerit sumẽdum. nisi quãdo testator prouidit sibi: ut ꝺd fiendum si quod ordinauerat nõ haberet effectum: et facit. l. cum proponas. C. de here. instit. Item dic ſm Bar. in. l. in testamẽto. ff. de fideicom. libb. et panor. in. c. pio. de succe. ab intesta. quod ꝺz voluntas defuncti non fuerit perfecta ratione publicatoꝛis vt puta hunc testamentum manu sua ꝓscripsit volens poste. redigi in publicam formam sed morte vel furore preuentus nõ potuit: quod nihilominus heres tenetur. Item si testamẽtum facere cepit sed complere nõ potuit. legata facta valent: quia negari non potest quin sit perfectus consensus. ratione

voluntatis. Iz non ratione operis. Ité bart. in.l.cum quis.C.de iur.&fac.igno. Iz quod si testamẽtum est nullum vel qz deficit voluntas defuncti. vel ex preteritõe heredis ignorãdo qz eum habeat sic legata nõ valẽt: qõ limita nisi sint talis. quod etiam si filius se habere sciuisset. nihilominus fecisset: arg. xvij. q. xiij. c. si. sed qñ est irritum ex preteritione vel exheredatione nominis: debẽtur ei legata. vt in aut. ex causa. C. de liber. ꝓteri. Qñ etiã est nullum qz non sunt testes sufficientes. vel deficit solẽnitas aliqua iuris ciuilis: si constat heredi de voluntate defuncti: vel per duos testes probari põt obligatur naturaliter iuregentium. ad illam implendam.

11 ¶ Undecimo queritur vtz legatum ad certum vsum possit ad alium 2uerti: dicit archie. post lap. in cle. qz contingit de religio. do. quod ea q ad certũ vsum largitõe sunt deputata fidelium. ad illum debent et non ad alium salua sedis apostolice auctoritate 2uerti: de rell. do. qz ptingit. Et sicut hoc f. mutare legata. non Iz in facto. ita nec Iñ modo nec in loco de rell. spo. possunt. Et causa tamen puta quia in loco illo fieri nõ potest vbi est legatum licet mutare. de testa. nos quidem: et hoc etiam per episcopum vel alium inferiorem papa. Sed petrus. de peru. vbi ff. distinguit. Naz si ipse vsus impleri potest de iure z de facto: puta quia legauit quis vt monasterium fiat in tali dioceſi. eps est contentus: sic de iure Iz de cõ. di. i. nemo: z nullum est impedimentum in facto. qz pecunia est parata. z cetera necessaria. nec est qui aduersetur: sic potest fieri de facto. tũc dicit quod in alium vsum cõuerti non potest: z est casus. capitulo. nos quidẽ. de testa. z. ff. de admi. re. ad clui. pti. l. j. de quo ẽt est casus in. l. nulli. C. de epis. et cle. Immo si q legatarii non impleꝝ tale legatum redit ad heredẽ. z ꝓ hoc est casus in c. eũ dilecti. de dona. z facit qõ no. de condi. appo. c. pen. Et hec intellige ꝓ a nisi in legato ad pias cãs si interueniat dispẽsatio papę. Si vero ille vsus põt impleri de iure sed non de facto puta ꝓpter guerras: vel qz pecunia est modica vel non est locus in ecclia vbi legauit ꝓ capella fiendaz hmõi: tũc iste casus est in. l. legatã. ff. de admi. re. ad ci. pt. z in. d. c. nos qdẽ. ibi impleri non põt q ꝓbũ intelligitur etiã de potentia facti. de reſcri. scisitatus. z põt fieri cõmutatio auctoritate suplorũ ẽt si in testõ sit clausula q ad alĩ vsum conuerti non possit ꝙ depurat. Rõ est qz voluntas testatoris interꝓtanda est ſm ius cõe vt res magis valeat ꝙ pereat. de ver. sig. abbate. ideoq; cum de iure cõmi possit in alium vsum conuerti talis clausula nõ obstabit. Et ex his dicit spe. q si mihi legatur vt vadam extra mare z nullꝰ audet ire. q assequar legatum Iz non vadã mõ vadaz ad illum locum. Sil si testator legat pro laboze stineris vel pnie iuncte vt vadam romam: z ꝓpter impedimenta non possum qõ assequar legatum modo vadã ad locũ illez d. l. legatum. Excipitur tñ qõ legat ꝓ subsidio terre sancte: qz si non possum i mõ expectabitur rps z seruabitur legatũ. de vo. magne. Si vero talis vsus põt impleri de facto sed non de iure: tunc aut hoc est qz nõ est ad alĩ quem finẽ honestũ puta qz legauit ꝙs cẽ tum vt fiat ludus theatralis in ecclesia qui est illicitus de iure de vi. z ho. cle. cum decorem. z sic legatum inutile est nec fiet 2uersio arg. eorum que no. in glo. in. l. j. ff. de condi. insti. aut hoc est non qz non sit ad finẽ honestum. ſ qz ius prohibet: z tunc fiet cõuersio in alium vsum honestum: vt est casus i. l. legatum ciuitati. ff. de vsufru. leg. et sic intelligẽ. d. c. nos qdem in verbo non põt impleri. sez de iure. Excẽplum. Testator legat q ꝑdicatores aut minores se ꝓferant ad habitãdum in suis domibus. z ibi diuina celebrent pro salute alie sue: quod de iure fieri non potest. p c. vnicum. de excess. prela. lib. vj. tamẽ vsus ẽ honestus. quia pro anima z cultu diuino. Similiter legat quod fiat ecclesia in tali loco. quod fieri non potest. ꝓpter priuilegium quod habent predicatores z minores vel huiusmodi: ideoq; fiet in loco congruo z honesto.

12 ¶ Duodecimo queritur cuius auctoritate talis commutatio fiet: z dicit per. de peru. vbi supra quod si non subest causa. intellige ex parte rei vel legati: puta quia põt de iure z de facto impleri. addeꝝ et nihil apparet in quod sit bonum mutare. tunc inquit solus papa potest. l. legatum. ff. de admi. re. ad clerici. et clemen. qz contingit de religio. domibus. Si vero subest causa legitima potest dyocesanus. etiaz si potest impleri de facto et de iure: nisi testator prouidisset quid fiendum de legato: vsu non impleto. quo casu fieri non potest commutatio. vt not. Barto. in. l. liberto. ſ. luctus. et ibi rex. ff. de ãnu. lega. intelige saltem per dyocesanum. Bartolus autem in. d. l. legatam. aliter distinguit ꝙ illaz l. Quando eñ relinquitur vt fiat opus non licitum. intellige non quia sit in se inhonestũ sz qz iuo. phibet: vt. ſ. prior: tunc 2uertitur in aliud auctoritate. primi superioris.

causa cognita z vocatis his quoruz interesse põt. vt. l. legatum. ff. de vsufru. le. Qñ ꝙ potest licite fieri tũc si pecunia. ꝓ hoc relicta sufficit. nõ põt in alĩ vsuz 2uerti nisi auctoritate pncipis. vt. d. l. legatũ. i pri. si ꝙ nõ sufficit cõuerti põt absq; pncipis auctoritate. vt d. l. legatã. hec ex illo. Vide. ꝓ his ẽt not. per Bal. Ang. z Salyn. in. l. si testamẽtum. C. de testa. vbi strictius dicunt. qz nõ Iz pape alterare vsum illaz. rex. que p fideles sunt relicte. qõ intellige de potestate ordinaria z i nõ pñs. secus de absoluta vel i pñs legatis. Ex qbus oibus concludeꝝ volũtas ac legata testatoris circa pias causas. possent p papã mutari in alium vsum vsuz. ex sine causa se tenẽte ex parte rei. non aũt sine cã se tenente ex parte ipsius pape. qz opz qꝝ faciat bonum ꝛ nec est cã: vnde ſm Bal. in. l. rescripta. C. de pti. impe. offe. ois rõ motiua pncipis habetur. p causa. Per ẽm vero ſm aliquos in distincte mutari non possunt. qõ sum. rot. vt renere in titu. legatus. ſ. vũ. alle. cle. qz contingit. de relig. do. Iz ibidem. ſ. fx. sentiat op posítum. ſm alios vero possunt p ẽm mutari. p tio ex causa legitima. sez se tenente ex parte rei non aũt sine cã: z tcõ in dubio an causa sit legitima necne: z hoc tenet Per. de peru. z Archie. post lap. vbi supra. z Bar. de fax. fer. vbi supra. z facit dictum Lud. õ roin no. qꝝ legatum factũ pro calice vel reparatione ecclesie. si ecclesia non Iz opus põt per ẽm solum fieri cõuersio in alium vsum ptii. Ad. d. vero cle. dico qꝝ limitatur cõiter maxime ſm Lap. vt eps hoc non possit sine cã: z idem est ſm glo. ordinariam. z lap. i. d. cle mẽ. de legato sedis apostolice: qz. ſ. hoc non potest sine causa: z idem vt tenere Jabba. ibi dicẽs qꝝ legatus de latere hoc põt qñ 2uerti non põt ad vsum destinatũ.

13 ¶ Deciotertio querit vtz in tali cõmutatione rez ab sensus heredis grauatl: z dicit Pe. vbi supra qꝝ si impleri nõ põt de iure vel de facto. rez ab sensus heredis grauatl. et ecclesie cui legatum est: z ita loquit. l. legatum. ff. de vsufru. le. Et idem dic quãdocunqꝝ ex cã legitima dz fieri mutatio. Et si ecclesia cui legat cõsentit cõmutationi. heredes ꝙ dissentiunt. eps fauebit ecclesie legatarie fauore volũtatis defuncti ad implẽdẽ z nõ heredi. z est casus in d. l. legatũ. Quod tñ fallit in legato p monasterio fiẽdo. qꝝ sine 2sensu heredis cõmutari nõ põt: nisi fuerit negligens: quo casu eps elapso termino hoc potest sine eius cõsensu. d. c. nos quidẽ. Predicta autem faciunt ad qõnem quaz notauit Spec. z Jo. an. de eo qui relicto herede z tribus commissariis. iussit edificari et dotari ecclesiam: quo mortuo duo cõmissarij voluerunt legatũ 2uertere in trãsferẽdo vnum monasteriũ male situatũ. sed tertius z heres dissensit: z tenent qꝝ ne dũ duo ex eis Iz nec oẽs ꝓtra volũtatez heredis potuerũt: qz in ecclesia nouiter cõstructa ius Iz acqrirantur. Et remittit Jo. an. ad ea que nõ. i. c. nos qdem. de testa. Verũtamen in predicto excipitur auctoritas sedis apostolice. quia vt dicit Guill. de mon. laud. papa potest in legatis ad pias causas quicquid voluerit facere.

14 ¶ Decimoquarto queritꝝ vtrum legatuz factum pro construẽdo hospitali. in quo ponetur rector ad arbitrium certi plati. possit ꝙ heredes mutari in edificatione monasterij religiosorum: z dicit Lap. in. d. cle. qz cõtingit. z refert do. An. in. d. c. nos qdẽ. qꝝ Joan. cum qbusdam turrisio 2sulit ꝙ sic: cum licẽtia epi: eriam cõtradicente illo. Plato: qz melius facit non aliud sed idez facit de iure. puenit el sco. z facit. c. scripture v vot. 2tra qz voluntas defuncti ꝙ lege seruari Iz. vt patet. xlij. q. ij. vltima voluntas: de celebr. miss. cum marte. z pseqẽter forma mandati Iz diligentissima accuratiõe seruari: nec eo casu plus continet in se quod est minus vel econtrario. de prebẽ. cum de beneficio. lib. vj. z in hoc videtur residere Lap. z Zabba. z dicunt illud non esse simpliciter malus quã hoc sed sunt diuersa opera pietatis que se habẽt ſm excedens z excessum. Dicit aũt ad hoc do. An. quod ista sunt vera in materia odiosa vel ambitiosa z pseqẽter restringibili. de pben. Rufus. lib. vj. opio vero Joan. loquitur in materia fauorabili z maxime ale defuncti. in qua fit plena interpretatio. de dona. cum dilecti. Unde verisimiliter ꝑsumitur quod defunctus non contradixisset. demonstrando sibi vsum vtiliorem. Fa ad hoc quod not. Bartolus in. l. fin. ff. de operi. pu

15 ¶ Decimoquinto queritur quis possit sumz officium impendere vt legata consequantur ꝑ primum. Secundum ꝑnoz. in. c. nos de testamẽ. hoc potest etiam iudex secularis ẽt in legatis ad pias causas: text est in auten. de eccle. titul. ſ. si quis edificationem. Similiter tam secularis quam ecclesiasticus potest compellere vt legata soluantur. que fiunt non certe psone: vel si certe. tamen est talis quod non potest in iudicio petere: vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt fratres minores.d.H.si dis. Secus si legatū sit factū certe psonē nō ad plā cām: qr tūc opz q̄ solū ad instātiā ptis compellat. ℣ Secundū. Secūdū eūdē panor. in. c. si heredes de testa. si testator puidit sibi de executore. eps nō se pt intromittere in legatis ad pias cās nisi in defectū. vt infra testm. ij. H. iij. x. viij. xim. t tua nos de testa. t in aut. de ecc. ti. H. si dis. p redēptiōe. Si ℣ o de executore sibi nō puidit. tūc in legatis p redēptiōe captiuoz. t limonis pauperum prouidebit eps. vt in. d. H. si dis. p re. t. nulli. C. de epi. t cle. In aliis aūt heres. vt in. d. c. si heredes. t. cap. tua. nos. de testa. nisi in ne gligētia. vt infra testm. ij. H. vi. De cautela dāda volēti legare pro alia sed filiemii parentes. vide intra pactum. H. xij.

LEgatis vide. ē delegatus. H. x. et adde. q̄ impedientes legatos vel nuncios apostolicos ne exerceant sua officia. ipso facto sunt excōica ti. t terre regna vel loca eorum sunt interdicta tādiu ꝑdiu in contumacia perstiterint eorum dñi. c. super gentes. t regna: de offi. legati. lib. vi.

¶ De legitimoz legitimatione.

LEgitimus filius est fm ray. q̄ de legitimo matrimonio natus est: vel de eo q̄ legitimū reputabat. supple iz interesset impedimētū extra q̄ fili. sint legi. cū inter ioānē. t hoc sine ambo in facie eccle plureti sunt bona fide credētes se legitime copulatos cū tñ nō essent sive si alter tātum hoc credebat: qr sic etiā legitimus est filius t vtriq̄ pareti succedet. extra. eo. ex tenore. secus si clandestine contraxissent: quia videtur fuisse ignorantia affectata. t multo magis si ambo impedimentum scientes publice contraxerunt. de clā. dispo. cum inhibitio. Consentit. s. thom. ꝑ p e. sed adde quod etiam sunt legitimi qui nati sunt de sponsa si sponsalia fuerunt contracta in facie ecclie t ibi non fuit impedimentum nec copula fornicaria: t sic intellige panorm. in c. per tuas qui fi. sint leg. imo etiam si copula fuit fornicaria vt videtur casus in. ca. is qui de spon. t ibi hoc videtur tenere panor. Si vero sponsalia fuerunt clandestina. nō fuit tamen impedimentum nec copula fornicaria dicit glos. in. c. latores. qui fi. sint legi. tur cōiuges. sed ala. dicit hoc procedere respectu nubentium. non respectu filioz. sed dicūtur cōiuges. t placet panorm. Ex quo infert quod natus ex masculo t femina simul habitātibus ꝓsumitur legitimus q̄si fauore legitimationis. maxime fm Inno. si se vocabāt coniuges de quo vide ibi panorm. t idem dic in casu nostro fauore matrimonij. Si autem sponsalia fuerunt clādestina. t copula fornicaria sed nullus erat impedimentum videtur quod filij sint illegitimi. nisi ex diuturna cohabitatione ꝓsumatur matrimonium. vt. ℣. filius. H. viij. an non est matrimonium verum nec ꝑsumptum. ℣ Legitimare autem est habilitādo de illegitimo legitimum ex gratia facere. t legitimatio est habilitatio illegitimi ad actus legitimos ad q̄s ex illegitimitate erat inhabilis: de quibus infra eo. t ere p totum. ℣ Licet autem legitimatio in ordine ad legitimantem distinguatur vt infra. H. j. t. ij. tamen in se t in ordine ad suum effectum est triplex. vt colligit ex aut. de but. in. c. pvenerabilē q̄ si. sint leg. dicēte q̄ legitimatio est triplex. Quedam enim est plenissima p quā deletur fundamentum vitij. a quo legitimationis t illegitimationis differentia cō surgit: quam solus papa facere potest. quia solus dispone potest super matrimonio. Quedam vero est plenior. que integrat ad iura primeue nature non disponendo in vsium: quam potest et papa t Imperator secundum ea que spectant ad illos. Quedam vero est plena vt dispensatio cum illegitimo in aliquo effectu legitimationis. non integrando ex toto. quam etiam facere potest eorum vterq̄. hec ex illo. Sed intellige quod disponere in vsium et facere quod illicite coeunteo licite contingantur. puta concedendo matrimonium in quarto gradu.

¶ Primo vero q̄ritur quotuplex sit legitimatio facta a iure. r. dico secundum ꝑ. de pal. liij. distin. xlij. q. xxxvij. quod est triplex. ℣ Quedam enim est communis iuri canonico et ciuili. vt quando in vnoq̄ ducitur concubina ex qua prius nati sunt filij. quia tunc p sequēs matrimonium filij prius ex illa suscepti sunt legitimi quo ad omnia. si tēpore conceptionis poterat eē vxor legitima. ℣ Quedam alias meretrix cōmunis sine media te sive immediate ducta fuerit: alter nunq̄. de quo ℣. illegitimus. H. iij. ℣ Quedam ℣ o est iuri canonico ꝓprium. que est p religionis ingressum. s. cum effectu profitēdo: quo legitimatur ingrediens quo ad omnes ordines. t nullam dignitatem propie dictā. vt quod sit prelatus per electionē. de filiis ꝑsby. c. primo. q̄ curā alarū iure ordinario

sive p electionem sive p cōmissionem habere non pot. Et q̄ dicunt aliqui ep̄z posse dispensare cum spurio religioso ad curā et abbatiaz non legi. inq̄t: sitr. q̄ possit ex hoc succedere vel ordo. p eo qui succederet si ēet legitimus. C. de sacrosan. eccle. deo nobis. nō credo. q̄ est stricti iuris. Unde si est legitimatus quo ad ordines non ꝓpter hoc est q̄ ad successionem. ℣ Quedam vero est propria sui ciuili que fit multis modis de quib⁹ ex ꝑse habentur iura ciuilia in diuersis locis.

1. locus

℣ Primus est q̄n pater intelligē non habēs filios legitimos filium naturalem tradit curie ciuitatis sue vnde est oriundus. vel si est oriundus de veteri aut noua roma offert se curie cuiuscūq̄ ciuitatis metropolitane: et sit officialis in ea. insti. de nup. H. vi. ℣ Secus est q̄n pater offert illum imperatori t sit curialis in aut. quibus mo. na. effi. sui. H. si dis. q̄ igitur. sed t̄n iste non succedit agnatis grādēbus vel descendentibus vt ibidē. ℣ Tertius est q̄n pater filiam naturalem matrimonio copulauerit officiali ciuitatis vnde est oriundus. vel si est pater oriundꝰ de veteri aut noua roma copulet officiali ciuitatis metropolitane. C. de na. liber. i. iij. t. i. ii. ℣ Quartus est q̄n nullo alio legitimo existente: vel si existit nō contradicit sed cōsentit filius naturalis patre defuncto confert seipm curie in officialē t illa eum recipit. vt in. d. H. si quis igit. erit esi legitimus vt succedat patri ab intestato: non tñ aliis cognatis ex parte patris: nec ipsi filii. vt in. d. aut. H. filium vero. ℣ Qui tus quando pater deficiente prole legitima offert principi preces pro filiis naturalibus vt sint legitimi successores etiam sine matrimonio: dū tamen princeps preces admittat dicta aut. H. illud tamen. ℣ Sextus quando pater in testamento dicit eum sibi velle succedere: si tamen filius post mortē patris ꝑn cipi supplicauerit t testamentum ostenderit quia tunc dono principis t legio erit heres legitimus: modo sequatur voluntatem patris. vt in. d. aut. H. si vero is qui. ℣ Septimus quando pater in vltima voluntate nominat filium t heredem instituit. C. de na. lib. aut. item si quis. quod limita secundus quod in casu sequenti. ℣ Octauus quando in publico instrumento id est scripto per notarium: aut etiam si sit scriptum propria manu cum subscriptione trium testiū nominauerit esi filium nec adiecerit naturalem: quod baldꝰ in capitulo innotuit. de electio. limitat si addat suum. quasi dicat in sua potestate: et sic legitimum nec sufficeret sola nominatio secundum eundem. ibi. Et hoc casu si sunt plures filij naturales ex eadem matre nati: licet testimonium dederit vni tantum: omnes tamen erunt legitimi. Et hoc intelligē quādo non supereſt prole legitima secundum glo. in. c. per tuas. qui filij sint leg. quam sequuntur communiter doctores. Est autem notandum quod predicta legitimatio iuris ciuilis propria secundum per. de pal. non tenet quo ad spiritualia nec etiaz quo ad alia ecclesiastica nec spiritualia sunt ligant nisi tem t spiritualibus cuiusmodi est causa legitimationis t matrimonialis nō ligāt nisi per canones approbentur etiam si nō reprobentur specialiter. Summa vero ang. vide tur aliud extremum tenere. s. quod inciuilibus cte dicta legitimatio valeat. Ego vero dico q̄ melius dicit sum ro. cum Inno. t Ber. eaz valere ad secularia t ꝓpria quo ad successiones t dignitates in terris subiectis ꝑsti. legitimantis: in aliis vbi non fit alteri ꝓiudicium: non autem ad ordinem vel dignitatem ecclesiasticam. Et ad petrus dicit q̄ legitimatio quo ad secularia t temporalia non est causa ecclesiastica vel spiritualis mere: alioquin quo ad hec conditor legis imperator non posset legitimare q̄ falsum patebit contra sum. vero ange. dico q̄ legis potestas non potest se plus extendere q̄ imperatoria a qua habent efficaciam: que potestas imperatoria non se extendit ad legitimandum quo ad omnia indistincte vt etiaz patebit. Spurij vero quantum est per legeo legitimari non possunt sed solum per papā vel imperatorem aut alium eius auctoritate fm ray. pe. t al.

Sti. ang. carpitur.

¶ Secundo queritur quotuplex sit legitimatio facta ab homine: t dico q̄ est triplex fm eundem pe. vbi supra. 2. q.

¶ Quedam enim fit per episcopum quē certum est posse legitimare quantum ad minores ordines t simplicia beneficia. l. que nec cure sunt nec dignitatis. de filiis ꝑsbyter. c. primo. t de facto dispensare videtur si ordines vel beneficium illegitimo ꝓferat scienter: quod de subditis illegitimo intelligendum est cum non subditum soluere non posset a pena legis sicut nec ligare: vnde et nec beneficium nec minorum ordinum executiones dare potest nisi a suo episcopo fuerit legitimatꝰ. Ad antecedentia autem legitimatus videt etiā t ad sequentia legitimatus esse: vnde quia canonici maxime cathedralium ecclesiarū in iudices impetrantur: videtur quod si alius illegitimi iudices esse non possunt: quia de

Legiti. p epm.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc sunt opiniones . tñ eo ipso q canonici sunt in iudiceo sicut ⁊ ceteri possent i petrari qz cui lz qȝ malus est. nō dz qȝ minus est nō licere ad successionē ℞o hereditatis. nec eps nec alīs ꝑlatus papa inferior pōt legitimare: qz nō est ei ꝑmissū. ¶ Quedā ℞o fit p papā extra. co. pvenerabilē: quē certū est legitimare posse ad oēm ordinē bñficiuz dignitatē ecclesiasticam: cum hoc nihil sit aliud ꝙ impedimēta iuris canonicis ammouere: ⁊ad oēs actus seculares ⁊ spūales ⁊ad successionē hereditariam in terra sibi subiecta. si sit illegitimus iure positiuo quia omne tale pōt remouere nō solum a principio sed ēt ex post facto. nō faciēdo q legitimatus si natus legitime sz faciendo q a successione nō repellatur rōe illegitimitatis: imo ſm pet. de pa. Et si sit illegitimus iure diuino aut naturali: qz cum nō priuetur hoc q natus est illegitime: alioqn a quocunq; legitimatus priuaret. sz p hoc qz nūc iudicat illegitim⁹. ecclia cuius est iudicare an sit illegitimus etiā ad successionem. potest eum facere haberi pro legitimo. hec ex illo ꝙ intendit qz illegitimitas sit de iure diuino aut naturali tñ inhabilitas illegitimi ad succedēdum est de iure positiuo ⁊ ꝓinde pōt ab eo. De terra vero non subiecta illi patebit infra. ℣ illi. ℣ Quedam vero fit p principem secularem pura imperatorē aut alium principē eius auctoritate aut alium nō recognoscentē superiorem in tpalibus. de quo vide p doc. in. c. p tuas. ꝙ si. sint le. Quē ꝺdem imperatorem certum est posse legitimare sup. ple pōt in tpalibus. puta in successiōibus ⁊ honoribus seculi in terris sibi mediate vel immediate subiectis. non aūt in terris eccle cū absurdū sit eum maioris eē potestatis in terris eccle ꝙ papam sz multos in terris imperij. item qz in illis non hz iurisdictionē tpalem sz papa. sītr nec in spiritualibus puta in promotione ad ordines ēt in terris suis: vñ legitimatus ab eo simpr vel ab alio eius auctoritate indiget dispēsatione si vult promoueri. ¶ de gl. ꝛ. dis. lege: nec erit legitimus in dominio eorum ꝙ imperatorem nō recognoscēt quantum ad eos p q̄ fieret alteri ꝓiudicium: puta quātuz ad successionem bonoꝝ ab intestato. vt no. in. d. c. pvenerabilē. sītr nec sup. ple futura ꝙ non potest sua lege tollere gradus consanguinitatis ⁊ affinitatis. Et hec procedūt de imperatore tā coronato: de non coronato autem magis est dubium. tñ ia. de are. ⁊ Jo. an. tenent q potest.

¶ Quantuz ℞o ad alios ꝓncipes legitimare pōt subditum suū quicūq; in tpalibus nō hȝ dñm tpalem superiorē: qz ex hoc pōt penas tpales suoꝝ subditoꝝ statuere vel destituere vt vult ſm archie. ⁊ per. de pal. vñ si lex ciu illis dicit spurium non succedere. nō litigat spurium francie nisi inquātum placet regi francorū. hec omnia ex archi. post pe. de pal. Sed intellige de non recognoscente superiorē licite ⁊ iuridice propter ꝓcessionē ecclie vel ꝓsuetudinē rationabilem ⁊ preseripta vel huiusmodi.

¶ Tertio qrit de ℚlitate vel mō legitimationis ab homine. ꝺico multa. ℣ Primum Secūdum panor. in. d. c. pvenerabilē. quatuor requiruntur vt valeat legitimatio. ꝓmo vt exprimatur ℚlitas legitimationis. ſ. an sit spurius vel incestuosus vel naturalis tm. secundo vt exprimat an habeat fratres legitimos aut naturales. tertio q pr filius legitimādus ꝓsentiāt. vñ bar. in. l. in uiti. ff. de hls q̄ sunt su. vel alie. iur. ꝓcludit q pr legitimare nō pōt filios bastardos ipsis inuitis: idē dicit de naturalibus natis ex ꝓcubinis. nisi filius sic infans: vt. l. iubemus. C. de emā. li. ⁊ est rō ſm Lud. de ro. qz liber homo nō pōt nolens alterius subiici potestati. Dicūtur tñ ꝓsentire si sciāt suā legitimationē ipetrari: non ꝓtradicitur est gl. singularis in. l. adoptōibus. ff. de adopt. aliqñ tñ cōtra rium tenebatur. qz in p iudicialibus taciturnitas non habet p cōsensu. ℣rto q si pr mortuus fuerit vocentur agnati vt ꝓsentiāt: nisi princeps legitimare vellet ex cer. a sciētia ipsis nō vocatis: quia potest ex certa sciētia restituere in integrū cum ꝓiudicio alterius. vt not. in. l. fi. C. sent. pass. ⁊ in. l. in cause. ff. de minoribus. Si tamē pr vixit sufficit si ipse ꝓsentiat ⁊ sītr si est mortuus: dispositive legitimare ē post mortē suam. nec tūc eēt necesse quod agnati vocarētur: qz tunc ēt ipsis inuitis posset legitimari: adeo quod ēt succederet ab intestato ipsis agnatis. ℣ Secundum. Adde quod ad primum ꝺdictorum qz ſm Jo. an. in addi. ad spe. in ti. qui fi. sint legi. si ds impetrādo legitimationē dicit se spurium. ⁊ sit spurius duplicatus. vt qz ex vxorato ⁊ vxorata si hoc non exprimatur impetratio non valet sed reputatur subreptitia: facit in simi. cle. 1. de ꝓben. de fi. ꝓdy. c. fi. ℣ Tertium. Adde quo ad secundum ⁊ tertium. quod ſm anto. de butri. si legitimatio fiat in vita patris. potest disponere de hereditate quod vult in ꝓiudicium ꝓsentis hereditatem. et valet legitimatio non citata parte. sed tamē exigitur. quod mētio fiat agnatorum: ⁊ idē si fiat ad instantiam filij intuitu patris: sed tñ requritur assensus patris a principio vel ex post facto. ℣ Quartum. Dicit aūt gñaliter q 4 oē tacitum quo expresso princeps nō legitimasset hz ymaginare legitimationem ⁊ eā facit subreptitiā immo ſm panor. in. d. c. p venerabilem. et si non ita de facili legitimasset ad qȝ de rescrip. postulasti. sed saltē primū est vez. ℣ Quintum. Adde p quarto q ſm anto. de 5 but. qñ legitimatio fit post mortem patris si fiat p verba restrictiua. vt dicēdo ꝓ terimus tibi legitimationem tunc non retrotrahitur: si vero fiat p verba restrictiua. vt dicendo in tegramus ⁊ ad oia primeua nature ac si legitime natus esset q̄ fieri dz qñ legitimans vult totaliter integrare tunc retrotrahitur sed diuersimode ſm diuersos. Nam ſm alios sic retrotrahitur quod tollit ius alijs medio tpe ℚsitum ſm bar. aūt in. l. gallus. ff. de lib. ⁊ post. non tollit nisi aliud legitimato specificetur restitutum. ⁊ hoc tenet Joan. and. in addi. spe. ⁊ ant. de but. dicēs q si nō appareat de expressa voluntate principis qȝ voluerit alteri preiudicare nec exprimatur aliud de iure alteri quesito valet legitimatio. sed non ad ꝓiudicium alterius. Et hec intellige de legitimatione quā quis facit in terris suis: alibi aūt non posset ēt citatis illis q̄bus ius est ℚsitum nisi consentiant.

4. q. ¶ Quarto qritur spaliter vtrū papa legitimare possit quo ad successionē hereditariā ⁊ alia tēporalia in terris imperij: ⁊ dico qȝ sicut archie. recitat in hoc due sunt opiniones

1. opi. Quidam enī dicunt q ex quo aliquis legitimatur a papa in spūalibus videt ꝙ ꝓ tiam legitimatus in tpalibus quo ad successionem. ſ. ⁊ dignitates ne sit absurdum ⁊ quasi monstruosum: vt legitimatus ad spūalia si legitimo ad tpalia cēseatur quā opinionē tenet got. in sum. ⁊ concordat. d. c. p venerabilem.

2. opi. Alij vero dicunt q hoc non pōt quo ad successiones que esset preiudicialis hereditī. sed quo ad actus spūales ⁊ dignitates seculares: qȝ de facto tenuit in regno Francie: qz pr imogenitus comitis flandrie legitimatus non successit. ⁊ in comitatu sed alius minor legitimus. Veritas aūt ℚsitum ex Archie. post pe. de pal. colligit est vt in terris si bi tpaliter non subiectis legitimare possit: primo ℚsitum ad actus spūales. ⁊ scdo qtuz ad dignitates vel officia publica non preiudicantia alteri puta esse iudicem ordinarium vel delegatum: ⁊ tertio quantum ad successionem respectu iuris querendi puta pluribus patre: qñ constat de mente pape exprimentis quasi ad successionem. vt iuxta dicenda infra. ℣ vñ. qz hoc spectat ad ius positiuum vt supra. ℣ ij. dictum est: quarto vero respectu iuris iam quesiti. vt qz legitimatur post mortem patris iam acquisito alijs iure in hereditate paterna. aliud est: qz obstat non solum ius positiuum dicens ipsum non debere succedere: sed etiam naturale dicēs rē debere. vnde papa facere non pōt nisi sit dominus tpalium in casu in quo hoc princeps posset. hec ex illis. adde quinto ℚsitum ad p lem futuram ſm ant. de but. ſ. faciendo q legitime nascatur qui alȝs illegitime nasceret ſ. remouendo aliquem gradum ꝓsanguinitatis vel affinitatis ꝙbiliter sicut grego. ſx. remouit. v. ⁊. vi. vnde hodie in his gradibus nascuntur legitimi: vel particulariter cū aliquibus dispensando vt contrahant in gradibus stantibus puta tertio vel quarto: ⁊ generaliter remouendo oē impedimentū matrimonij iuris positiui. Oēs aūt doct. cōcordāt quo ad tria primū ⁊ quintū: sed in quarto est tota diuersitas. ⁊ tenēt multi cannonistę q non pōt in terra non sua sine ꝓsensu tpalis dñi non recognoscentis superiorez legitimare. plem ꝓbitem cū preiudicio iuris questi alijs. vt lo. ⁊ ber. ⁊ panor. vt illi im. ponit sum. ang. qui hoc sequitur. alij ℞o quos melius sicut ant. de but. qui limitando excipit qñ legitimat sibi suppositum vel de primo supponendum puta clericū factū vel de primo clericandū: qz tunc legitimando simpliciter. intelligitur legitimat⁹ quo ad successionem ⁊ honores: ⁊ sītr panor. qui in. d. c. p venerabilez. sītr excipit qñ hoc facit exima ⁊ ardua cā. puta qz inde sequitur maxima fidei dilatatio vel hmōi: qz tunc papa exercere potest iurisdictionem tēporalem vt in. d. c. per venerabilem. ⁊ in. c. pro humani. de homicidio. libro sexto. ⁊ quando dominus tēporalis non recognoscens superiorem consentit: ⁊ quando ipsum nō recognoscentem superiorem, legitimat aut filios ei⁹ ⁊ quādo vult incipere a radice matrimonij ca. de con. ⁊ affi. Alij vero adhuc magis apropinquantes veritati dicunt duo. primuz quod papa in hoc absolute ⁊ sine distinctione potest: ⁊ secundum quod hoc non potest discrete sed indiscrete tantum per hoc q legitimare potest in maloribus. i. spūalibus vt per hoc q potest in radicem matrimonij. i. p hoc q filiū matrimonium potuisset facere legitimum. Et quantum ad primū verum dicunt vt ptz p. d. c. p venerabi. ez. in pn. vbi

3. opi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

papa virtualr sic arguit ⁊ dicit. Sedes apostolica legitimat non solum naturales: sed etiam adulterinos filios ad actus spirituales ⁊ ad ẽpalem dignitatẽ in ꝗbus maior prouidentia auctoritas ⁊ idoneitas requiritur: ergo legitimare potest ad seculares: qz quod in maiori concedit licitum esse vr ⁊ in minori: presertim si preter romanum pontificem inter homines suplorem alium non recognoscant: qđ etiã vr posse, pbari p similẽ: qz eo ipso q̃ alicui ad apicẽ ẽpalis dignitatis attollit. eximit a patria potestate. hec ibi vbi clare patet ꝓpositum. Et si dicatur quod intelligitur in terris ecclesie tantum. siue in patrimonio beati Petri: ⁊tra prio. qz hoc excluditur p li presertim. quod Joã. glosat. i. maxime: ꝗuis alij ⁊tra intellectuz dictionis glosent. i. tantum. scõ quia probatio adducta. i. qz spualia sunt maiora ubiq; probat cum vbiq; sint maiora etiã in terris imperij. Si etiã dicat q̃ intelligit de actibus secularibus non ꝑtinentibus iuri questo alicuius ⁊tra. prio qz hunc sensum dicta ꝓbatio excludit. cum ⁊ illi sint spualiũ minores: scõ qz etiam excludit illũ simile adductum: qz episcopalis dignitas conferitur cũ preiudicio patris. Secundum vero dictum sez quod hoc possit solum indirecte ẽ falsum. qz q̃ directe potest maius directe põt ⁊ minus. Unde decepti sunt in textu non distinguẽtes inter posse ⁊ facere: qz rex non dicit quod dispensans in spualibus ꝑtr possit dispensare in secularibus sed q̃ ꝑtr dispẽsat. sez ẽt si nihil aliud exprimatur: quod in non ꝑiudicantibus inhabitãter est verum: ⁊ similiter in aliis si cõstet de voluntate põtificis. Sed contra ꝑdicta arguo per tex. ibi dicentem. Id agit. i. legitimare quo ad secularia in patrimonio beati Petri libere potest apostolica sedes: ex quo videt quod alibi hoc libere nõ possit: sed dico quod vtiq; in terris sibi nõ subditis tẽporaliter hoc papa libere nõ potest. sed rectitur cã non solũ ex parte legitimãdi. vt in. d. patrimonio. sed etiã ex pte imperatoris vel principis cui ꝑiudicare nõ potest dispẽsando cum subditis eius eo modo quo sunt subditi. i. quo ad temporalia sine cã vel licẽtia eius. ex cã tamẽ põt puta qz ille deberet legitimare ⁊ non vult: vel nõ potest de facto aut de iure vel hmõi. Concludo itaq; ⁊ dico q̃ cum potestas imperatoris ⁊ a fortiori aliorum principum vt ꝑdixerunt. ⁊ Aug. de ancho. ⁊recitat archid. xxiij. pte. tit. xxij. sit subdelegata respectu pape. ij. q. i. ꝗuinq; litem. ⁊ sit derivata a deo mediante papa q̃ secũdum. s. Tho. in. q. dist. xliij. in. i. tenet apicem in potestate spuali ⁊ temporali ⁊ tota iurisdictio imperatoris a papa dependeat q̃ illum instituit ⁊ destituit vt ultra in rem. papa. fuit um est dicere quod nõ possit circa subditos eius q̃cq̃ ille põt vel vltra. maxime de plenitudine potestatis. ꝗ quid sit de potestate iurium. que tamẽ nõ legi aliq̃d contra hoc aperte dixisse: imo expresse dictum. c. per venerabilem ꝓcludit quod ex causa hoc potest etiaz extra patrimoniũ beati Petri: ⁊ hoc non solum si ad ipsum recurratur vt videtur velle glo. sed simpliciter: modo subsit causa ex parte dñi temporalis: qua non estante hoc non posset imediate de iure: qz preiudicaret dño sine causa. Et si de facto contrarium tenuit in regno Francie: hoc non fuit qz papa hoc non potuerit: sed qz non expressit suam voluntatem quantũ ad successionem vel ex illa causa. Quod ẽt hoc non seruetur in practica non est quia papa non possit: sed quia non vult sed certe expedit. 5. q.

¶ Quito spãliter queritur de imperatore vbi possit legitimare: ⁊ dico quod in terris sibi subiectis mediate vel imediate. imo de iure ipse solus potest in toto imperio. non alter rex alij reges vel principes recognoscẽtes eum in dñm: qz legitimatio sicut ⁊ tame restitutio ⁊ similia reseruata videntur principi cuius est ꝓprium dispensare circa suam legem: secus si essent principes vel ciuitates nõ recognoscentes in temporalibus superiorem: qz isti tantam habẽt potestatem quantam imperator in suo imperio: vnde ⁊ in. c. per venerabilem vr quod videtur alicubi regem Francie ex hoc q̃ suplorem non recognoscit posse legitimare si filium suum: nõ inquãtum est pater sed inquãtum est princeps. In terris autem ecclesie nõ potest legitimare p rescriptum. marie quantum ad ea que preiudicanturi quesito vel querendo: qz in eis nullam habẽt iurisdictiõem: potest tamẽ in eis legitimare p legẽ generalẽ ꝑm Anto. de but. qz virtus legis eius se extendit ad existentes in terris ecclesie: non ex virtute legis solum. sed ex generali approbatõe ecclesie. dicti. c. si in aduersum. ⁊ papa approbare censẽtur eo q̃ nõ reprobat. Sic̃ legitimare non põt in terris eorum q̃ suplorem in tẽporalib⁹ sicut non recognoscũt: eadem rõne. ⁊ multo minus hoc potest qui eius auctoritate legitimat: sed hoc potest solum vbi ⁊ imperator. Pro hoc autem sciendum est q̃ vt patet i. d. c. p venerabilem rex Francorum suplorẽ in tẽporalibus non recognoscit. quod gl. dicit verum de facto. de iure tamen subest iquit

Regẽ frã in imperio romano. vij. q. j in apibus: ad qõ eor̃ non etiam de elec. p venerabilem multa addũt: subdi ipe ⁊idem tenet ho. contra Innoc. dicentem q̃ ratori. de iure subest pape ⁊ nõ imperio: qz omnes principes seculares imperatorem recognoscere debẽt in dominum. lxvij. di. adrianus ex quo dicit q̃ reges hispanie angle ⁊ frã cie tenẽtur de iure obedire imperatori iz de facto nõ obediant: ⁊ sentit q̃ ꝓtra imperium ꝓscribere non potuerunt nisi ꝓscripsissent passiue. i. nomine ecclesie romane. forte tamẽ inquit interim excusantur a peccato dũ imperator non exigit ab eis obedientiam: sicut in simili notatur de decimis: ⁊ consentit Jo. an. Panor. autem in. d. c. p venerabilem dicit q̃ ꝓscribere non potuerunt vt ipsi nõ subsint imperio: quia sine possessione ꝓscripto non ꝓcedit nõ potest autez quis possidere seipsum iura aũt imperij in suis regnis ꝓscribere ꝓsumerunt. ad qõ facit qõ no. Jo. an. in. c. cum ẽpo de off. ord. li. vj. ⁊ cuz hoc translit sum. ro. Sed dño an. dicit posse defendi q̃ sibi ꝓtra imperium ꝓscripserunt quia plures põt esse imperatores. quẽadmodum q̃ plures eligunt in discordia ⁊ de ꝓsuetudine verũ ministrat vt no. gl. in cle. romani. de iure iur. ⁊hoc tene etiam quãtũ ad nõ subiici quia iz nemo possit esse in possessione sui eo modo quo dominus seruus: secus eo modo quo liber homo est in possessione libertatis.

6 ¶ Sexto q̃rit vtz comites palatini vel alij habẽtes auctoritatẽ legitimãdi ab imperatore. legitimare possint in ꝑiudicium agnatoz. ⁊dicit dñs ant. in. d. c. p venerabilez q̃ sl̃r sibi habeãt illã a papa: qz hmõi ꝓcessiones tãq̃ ꝑiudiciales alijs sunt restringẽ dend. l. j. ff. li. ho a ꝓncipe ff. ne. ꝗd. in lo. pu. ⁊intelliguntur sine aliorum ꝑiudicio. de ofdele. sup co. Bal. autem in rub. C. est in contrarium q̃s simpl̃r est concessa auctoritas legitimandi. Panor. aũt in. d. c. p venerabilem dicit inspiciẽda fore verba ꝓtestio colla te. ⁊ vbi esset data simpl̃r. credit quod possint legitimare in ꝑiudicium agnatorum quemadmodum ⁊ imperator: qz in hac legitimatione iura non loquuntur nisi de patre cum spe. Posset aũt dici q̃ dictum bal. ⁊ pano. est verum quo ad filios naturales ꝛñ. maxime cum ꝑiudicaz solum in spe: nõ aũt in spurios ⁊alijs natis ex coitu legibus damnato. nisi expresse ꝓcedatur: ⁊tacit q̃ no. Jo. an. in addi. ad spe. in ti. q̃ fi. sint leg. dicens si spurius dupliciter. s. ex patre vxorato et matre maritata ipetrat rescriptum legitimationis nõ valet si nõ sit expressuz ytraq; facit ẽt quod dictũ est. J. H. lij. d. lij. facit etiã quod dicetur. H. sequenti.

¶ Septimo quritur quo intelligẽda sit legitimatio ex parte legitimati. ⁊dico multa ꝑ primum. Legitimatus quo ad ordinem ⁊ bñficium ecclesiasticum. li ꝗdem hoc fiat ab ẽpo nõ intelligitur legitimatus nisi ad ea ad que ẽpo põt. s. ad ordines minores. ⁊ bñficium sine cura dignitate. ⁊ poterit etiã in alia dioceli promoueri. quia hoc est de iurisdictione ecclesiastica. cui nullius ꝑiudicium. nõ tamen erit legitimatus ad actus seculares ꝑm sum. ꝑil. nisi in terris subditis temporaliter pape: quod non intelligas quantum ad successionem que summo pontifici reseruatur vt dictum est. sed quãtum ad dignitates seculares ⁊alia nulli ꝓiudicãtis. Si vero hoc fiat a papa. poterit ꝓmoueri ad parrochialem ecclesiam. nõ ad ꝓsonatum vel rectoriam ad quam ꝑ electionem ꝓcedi consueuit. de preben. c. vit. ⁊ sentit ray. gof. ⁊ho. ꝑ Secundum. Si papa aliqua exprimat ad que aliquem legitimat ꝑm anto. de butr. non ꝓpter hoc intelligitur legitimare ad alia. nisi quando sunt minora ⁊ non preiudicatiua alijs: sicut si legitimat ad dignitates nõ legitimat ꝓpter hoc ad successionem sed ad posse esse conseruatos ⁊ huiusmodi. ꝑ Tertium. Legitimatus a papa simpliciter in foro communi secundum anto. de butr. non intelligitur legitimatus ad successionem nisi exprimatur. ẽt si legitimaretur quo ad omnia nec ꝑm gof. est legitimat⁹ quo ad dignitates: ꝛ verius ꝑm host. est quod sic quia talis est pinde ac si ex legitimo matrimonio esset natus. cum hoc faciat lex mortua. c. tanta. qui fi. sint. le. ⁊ multo magis viua. ff. de con. ꝓin. l. beneficium. sicut simpliciter restitutus ad omnia restituitur. C. de sen. paf. l. prima sic simpliciter legitimatus intelligi debet ad omnia asten. lib. vij. sed intellige semper excepta ꝓiudiciali ayt dictum est. ꝑ Quartum. Legitimatus a papa ad dignitates secunduz goff. in sum. ⁊hostien. non intelligitur legitimatus ad episcopatuz ⁊alias dignitates maiores: sed tantum quo ad inferiores. de con. preben. dilectus. quia cum hec indulgentia sit odiosa. est restringenda. extra de consan. quod dilectio. ꝑ Quintuz. Si papa dispensat in matrimonio contracto in gradibus ꝓhibitis iure canonico. nõ ꝓpter hoc legitimat filios ante conceptos. sz conceptos post legitimat quo ad omnia. si ex-

1. dictum.
2
3
4
5
7

Universidad de Deusto
Biblioteca

presse legitimet aĩ ꝓceptos nõ erũt quo ad
oĩa. i. quo ad tpalia in terris pape nõ subdi
tis ſm do. an. ſz verius ſm io. an. ꝛ panor. in
d. c. venerabilẽ legitimãdo matrimoniũ ẏt
ex tñc erũt legitimi ꝓ oĩa. mõ proles fuerit
6 gñata. ex coitu matrimoniali ſaltẽ effectu
ſz de iure poſitiuo nõ tenuerit. ℣ Sextum.
Legitimatus ab aliquo pñcipe ſeculari
vel ciuitate ſm Inn. intelligiẽ legitimatus
quo ad oẽs actus ſeculares in terris ſubd'
tis legitimãti ſed nõ intelligas de ꝓiudicã
tibus niſi ſpãliter exprimãtur iuxta ꝓdicta
in aliis aũt terris quo ad non ꝓiudicantia
tm̃: ꝛ intellige ẽt ſi expreſſe fuiſſet legitima
tus ad ꝓiudicãdũ: ſz ꝓpter hoc nõ erit legi
7 timatus ad ſpãlia. ℣ Septimum. Legiti
matus ab iperatore cũ clauſula iſta. ſine ꝓ
iudicio filioꝝ legitimoꝝ. ſm ludo. de bolo.
in addl. pſilũ. xrix. io. de ana. incipientis in
chriſtinole. dz intelligi q̃ equa lance ſuccedãt nõ aũt q̃ in totũ ab hẽditate excludaĸ:
qz in oibus ĸis maxime gratioſis. dz cu
rari maligna ꝛ callida interpretatio. ꝛ eligi
ſana. de decl. ad audiẽtiam. ꝛ de cle. non re.
relatio: interpretatio aũt q̃ iſte in totũ ex
cludaĸ a ſucceſſõe parum aut nihil ꝓdeſt.
quod eĸ nõ dzyt in. c. ſi papa de ꝓb. ll. vj. ꝛ
eĸt ꝓta mẽtẽ ꝛ verba legitimãtis ꝛ produce
ret effectum ꝓtrarium ꝓta oĩa iura mũdi
vt ꝑz in. l. legata inutiliter. ff. de lega. j. Et
ꝓterea q̃ tale ꝓeludicium nõ attẽdatur
virtute dicte clauſule expreſſe ꝓbatur p
ter. iuncta glo. ĩ. in. c. ij. de pact. ll. vj.

8 q. ¶ Octauo queritur vtrum filiꝰ nati ex cleri
co nõ exiſtẽte in ſacris ſz in minoribus. ꝛ cõ
cubina. legitimẽtur per ſequẽs matrimo
nium. ꝛ tenuit ricar. mal. q̃ nõ: quia coitus
ꝓcubinarius in clericis eſt roraliter repro
batus a lege vt in auĸ. de ſanctis eccliſ. ℌ cle
ricos. vñ nõ poſſunt dici filij naturales. nec
ꝓſiter legitimari p ſequens matrimonium
Sed Jo. an. in mercu. in regu. ſine culpa re
citato dicto ricar. determinat ꝓtrarium. p
regulam quod ex quocunq̃ coitu ſint nati
modo potuerit eĸ ꝓcuius ſi ꝓſenſus affuiſ
ſet. legitimãtur per ſequẽs matrimonium.
ſecus ſi tũc nõ poterat eĸ ꝓcuius. Bar. au
tem in. l. concubinam. ff. de cõcu. diſtinguit
an ille clericus fuerit beneficiatus nec ne:
ſed hoc nihil facit contra Jo. and. quia da
to quod eſſet bñficiatus. nihilominus ſi cõ
traheret matrimonium teneret: ꝓſiter filij
legitimarentur. per. d. c. tãta. Et per dictã
regulam ꝑz quod ſi farracenus habuit fi
lium ex chriſtiana ꝓpoſtea effectus chriſtia
nus ꝓtrahat cuz illa. nõ propter hoc filius
legitimaĸ: qz tpe ꝓceptiõis nõ poterat eſſe
matrimoniuz vt in. c. caue. xxvij. q. j. Et idẽ
dic de nato ex coitu inceſtuoſo. ſz poſtmodũ
ex diſpẽſatiõe eccleꝛ ꝓtrahaĸ matrimoniũ.
niſi aliud in diſpẽſatiõe dicaĸ: qz tpe conce
ptiõis nõ poterat eĸ matrimoniuz obſtãre
impedimẽto ꝓſanguinitatis vel affinitatis
Et ſic panor. in. d. c. tãta ꝓcludit. quod ybi
coitus nõ poterat eſſe ꝓcuius obſtãre impe
dimẽto perpetuo. nõ remouibili ſine diſpẽ
ſatiõe eccleſie: filij per ſequẽs matrimoniuz
nõ legitimantur. 9

¶ Nono queritur vtrũ poſſit q̃s petere ſe. p
nũciari legitimum: ꝛ dicit Inn. q̃ nõ niſi ad
aliq̃d effectum. puta ſi ag. ĩ de ſucceſſiõe. ꝛ
iputaĸ ſibi q̃ nõ legitimus. qz tũc hoc põt
perere vt in. c. j. qui ſi. ſint leg. vel ſi diffama
tur de illegitimitate. Et idem panor. in. ca.
cũm. eo. tit.

¶ De Legitima portione.

Legitima portio eſt ps here
ditatis aliquibus lege decre
ta. Cum enim olim poſſet re
ſtator totam hereditatẽ ſuã
alteri relinquere. lex ſtatuit
aliquid relinqui legitimis
heredibus vt patebit.

¶ Primo ergo q̃rit quotuplex eſt legitima 1.q.
portio. ꝛ dico quod eſt triplex. ℣ Prima dici 1. pos.
tur legitima. vt. C. de inoff. teſt. l. omni mo
do: dĩ etiam aliquãdo debita pars. vt in. l.
ſcimus. C. eo. aliquãdo debitum ſimplr. vt
in auĸ. de trieĸ. ℌ. j. aliquãdo debitum bo
norum ſubſidiuz. vt. C. de inoff. dona. l. ſi to
tas: aliq̃n dr pars debita iure nature. vt in
auĸ. de trieĸ. ℌ. hoc nos. Hec debetur iu
re nature filijs que ſine cauſa exheredari
nõ poſſunt. ꝛ eis mortuis debetur nepoti
bus ex eis legitime natis: ꝛ huic nullum
grauamẽ poteſt imponi per legata aut fi
deicommiſſa. ſed per debita tãtum nõ po
teſt etiam ei imponi dllario vel ꝓditio aut
modus: ĩ ſi apponãtur habẽtur ꝓ nõ ad
iecta. d. l. oi modo. duabus ſequentibus.
Et hec eſt ratio. Si filij ſunt quatuor vel in
fra. debent habere tertiam partem. ſi quin
q̃ vel vltra debent habere medietatem. C.
de inoff. teſt. auĸ. nouiſſima. ꝛ intellige ter
tiam partem vel medietatem eius q̃s eis
deferebatur ab inteſtato. vt no. glo. ĩ. l. ĩ
arrogator. de adop. et ibi Bartolus. ꝓ
hoc allegat. l. papinianus. ℌ. quoniam au
tem. ff. de inofficio. teſta. Et intellige de
tractis debitis ſi qua eſſent. ꝓ quo facit.
l. veniſſe. ff. de verborum ſignificatione.
℣ Secunda dicitur falcidia a falcidio au 2

ctore que debetur iure inſtitutionis et eſt
quarta pars totius hereditatis quam in
ſtituens heres retinet ꝛ detrahit ſibi de ſin
gulis legatis niſi ad plus cãs: ſi hereditas
eſt exhauſta legatis. vt q̃ ſupra dodrantem
i. tres partes hereditatis eſt aliquid lega
tum vel fideicõmiſſum. de teſta. raynaldus
aũt ſiĸ. C. ad. l. falcidiam. inſti. eo. j. reſpon
ſo. ℣ Tertia dr trebellianica a trebellio au
ctore que debetur iure inſtitutionis: ꝛ eſt q̃r
ta pars totius hereditatis ſicut cuz inſtitu
tus heres vniuerſaliter vel i certa quota he
reditatis rogatur vt alteri reſtituat heredi
tatem ſine liberis moriendo põt ſic inſtitu
tus retinere quartam partem totius here
ditatis. inſt. de fideicõ. here. ℌ. ſed q̃. ꝛ. C. ad
treb. per totum. etiam ſi plures fuerint here
des: tñ inſtitutus heres in certe parte eam
non habebit ſm bar. in. l. j. ff. ad. l. fal. Unde
nota ſm panor. in. c. raynutius. de teſta. q̃s
hec quarta trebellianica nõ detrahit ꝓ he
redẽ ꝓſtitutum in re certa ſed ꝓ rẽm. vt cõ
ſuluit bal. p. l. l. ff. ad. l. fal. l. ꝓ conſtitutũ he
redem inſolidum vel in quota hereditatis:
ſicut falcidia detrahi põt ꝓ inſtitutum in di
midia. vt ꝓbatur in. c. raynaldus. de teſta.
Et hec detrahitur de tota hereditate ſicut
falcidia deducitur nõ ex rota hereditate: ſz
ex ſingularibus relictis.

2.q. ¶ Scdo q̃ritur quid cõputetur in iſtis legi
timis: ꝛ dicit panor. in. c. raynutius. de teſt.
q̃ in falcidia non cõputanĸ niſi ea q̃ obuene
runt heredi iure inſtitutionis: non aũt lega
ta vel allo titulo ꝓueniẽta: in trebellianica
vero cõputantur non ſolũ q̃ obuenerunt illi
iure inſtitutionis: ſed etiam q̃ ex teſtõ pura
iure legati vel donationis: non aũt talia ob
uenientia extra teſtm: ꝛ de ꝓdicto eſt caſus
ꝛ ibi bar. ꝛ ang. ꝛ Imo. in. l. in quarta. ff. ad
l. fal. ꝛ ibi ponunt rõnem differentie cũ glo.
q̃ dicit q̃ ideo eſt: qz in falcidia plus grauaĸ
heres cũ onera hereditaria rem aneant pe
neo eum inſolidum: ideoq̃ releuaĸ hoc vt ſi
lud ſoluz cõputetur in falcidiam q̃ iure he
reditario capit in trebellianica aũt non ſu
ſtinet onera niſi ꝓ parte ideoq̃ plus grana
tur. In legitima vero ſeu in portione debita
iure nature cõputantur nõ ſolum ꝓuenien
tia ex teſtõ quocũq̃ ti. ſed etiam vñcũq̃ ſint
profecta. ſ. a defuncto. ſecus ſi quid caperẽ
tur extra patrimonium defuncti: quia illud
in quartam non imputatur. vt. l. ſcimus. ℌ.
repletionem. C. de inoffi. teſta. quod eĸt vult
bar. in. d. l. in quartam. Et ſic pater quod ea
ptum extra teſtamentum non computaĸ in
quartam trebellianicam. vt. l. pater filium.
ff. ad trebel. ꝛ tamen computantur in legiti
mam debitam iure nature: cuius ratio eſt
ſm bar. in. d. l. in quartam. quia falcidia et
trebellianica debetur occaſione teſtamenti
ideo in eam non computatur niſi quod ve
nit ex teſtamento: debita vero iure nature ve
nit aliunde cuz non proprie ꝓueniat ex vo
luntate patris ſed ex legis diſpoſitiõe: quia
velit nolit pater oportet filium habere legi
timã ſuã. ℣ Et ex hiis patet q̃ in aliis quar
tis que deberentur ex aliis diſpoſitionibus
vt mulieri vel viro ex forma ſtatuti: compu
tatur quicquid extrinſecus venit. vt in aut.
preterea. C. vnde vir ꝛ vxor. ℣ Aduertẽdum
eſt tamen circa hoc vltimum ſm panor. in
d. c. raynutius. quod aut pater donauit filio
ob cauſam puta dotis vel donationis ꝓ
pter nuptias: ꝛ illud imputatur in ſuam le
gitimam. vt in aut. ex teſtamento. C. de col
la. aut fuit donatio facta ſimpliciter: ꝛ tunc
filio vt benemerito illud non computaĸ: qz
valet hec donatio ac ſi fuiſſet facta extraneo
Parrochia a qua x parrochianꝰ dupliciter sumit: aliqñ. s. impropriē ꝓ tota aliqua diocesi. de rapt. c. j. de parro. sup. eo. de of. archie c. ij. ℌ. pe. x aliqñ ꝓprie. x est locus in quo degit ppls alicui ecclesie baptismali depuratus certis finibus limitatus ꝑm gof. in sum. eo. ti. adde q̄ tertio sumit ꝓ tali ecclesia cui x suis parrochialē bz cōpetere q̄s iurisdictio quēdo consistit in multis: primo vt in ea die bus festis ppls audiat missaz. de quo dic vt supra. missa. q. ℌ. iij. sedo in decimis. de quo ℌ. decime. ℌ. viij. tertio in oblatiōibꝰ x primitijs. de quo ibidē ℌ. i. x. ij. quarto in penitentijs accipiēdis. de quo. ℌ. pfessoz. in prin. x in turis. septimo in bñdictione nubētiū. de quo de sponsa. x vide in locis suis. Quantū ad priuilegia pdicatoꝝ x minoꝝ vbi bz salua mēdi oblationes decimas x primitias: vt declarat gre. ix. ℌ. Efficit aūt ꝺ de aliqua parrochia acquisitione domicilij ibi. vt supra dopluscz per sex menses anni ibi morantur: iiz domicilium illuc non transtulerit ꝑm panor. in. c. omnis. de pe. et remiss. de quo supra. cō

Universidad de Deusto Biblioteca

sessor. ſ. H. r. r xij. Quo autē alicui ꝓferat. vide. B. eccleſia. ij. H. vj. vij. r. viij.

Participatio quo intelligatur

Participatio quō intelligatur qñ aliquis ſuſcipiſſitur ad participationē miſſarū vel bonorū ſciēdum eſt: vt p3 ex. d. th. in. iiij. di. xiv. q. ij. art. j. q. iiij. q opus bonū noſtrū dupliciter ꝓſideran pōt: pmo vt eſt explatiuus pene p modum cuiuſdā recōpēſatōis que in ſatisfactione attēdit. l. vt ē ſatisfactorium: r ſcōo iquātum eſt meritorius vite eterne qō h3 inquātum ex charitate p cedit. Et pmo modo reputat quaſi eius pro quo fit r ita abſoluit eū a debito pene q non abſolut: faciēte: qz in talī recōpenſatoe ꝓſideratur equalitas iuſticie: opus autē iſtud ita pōt equarivni reatui q nō alteri: reatus eīm duor peccatoꝝ maloꝝ ſatiſfactionē requirit: ſcōo aūt modo nō ſolum ꝓdeſt ei pro quo fit ſed faciēti magis. Hec ex illo. Et q̄ dus motus ꝑe. de pal. in. iiij. dicit quod duplex eſt principiū: primū. ſ. ad meredum: r ſecūdum ad ſatiſfaciendū. Iter que duplex eſt differētia. Prima qz participium ad meredū eſt ex ſola charitatis vnione ſine itentiōe ſaciētis ſpāliter directa ad participantē. Iz ſit maior cum intētione: ſed pticipiū ad ſatiſfaciendū nō: alioqn quicūq eēt in charitate in hoc mundo vel alio ſtatim eēt imunis ab oi pena: theſauro eccleſie q̄ eſt infinit⁹ diſtributo. p eius ſatiſfactione: ſed ex ſola intētione faciētis. Itellige ſpāl: vide ſupra idulgētia. H. v. Scōa dīa eſt qz pticipiū meriti nō

2 minuitur ex multiplicatōe pticipātium: ſicut nō fit deterior cōditio multiplicatis electis ſed melior: r ꝓpter hoc ſine pīdicio pr⁹ ius receptoꝝ ad beneficia ordinis. poſſent aliī recipi. nec minus caplūr nouiſſimi quā primiſſed in ſatiſfactōe: ſecus ſm cōem doctrinā ſuā limitra niſi opus ſatiſfactorū eēt infinite virtutis: qz tūc oēs caplūr ſm ſuam capacitatē. vt ſupra miſſa. H. ſr. dictum eſt.

Et ſi quer aḋ ꝗd ꝓpter pticipium meriti dicit idē non videri aliud niſi q̄ ꝓpter merita aliquoꝝ ꝓferuntur deus aliqñ cōparticipes a pctō. r a morte r ſic de aliis. ſicut recordatus deus habrahā liberauit loth. eū ēt quādoq; pcat ipſe ꝓpter ſuos. vbi nō ꝓcurrit meritū niſi ab vna pte. Sed p receptionem ad bñficia ꝓſequit ḋo aliā vtilitatē. qz ſpāliter participat ex intētione ſpāli ꝓceptis hec ex illo.

p Arrio appellatōe ḋd veniat. vide. B. fama. H. iij. in fi.

p Aier an teneat ꝑ filio. B. obligatio. H. vj. r. j. reſtitutio. iij. H. xj.

Patricia vrelicis a. 9. th. ſecūde. qō. cxxxvj. eſt malorum equo animo tollerātia. ne bona ꝓficiam⁹ r. xxiij. q. j. H. j. ſm per int⁹ ſuāda ē ſtrū ad hoc q̄ paſſio rōnis iudiciū nō ꝓuenīat: iz nō: quo ad hoc vt ēt nō ſequat. de quo. B. ira. H. j. ad extra ꝗo. i. dei vel. priuatis nō ſic ē ſeruāda vt tolleret iz ſūt relelēde ſm q̄ oz: nīſi tolleret ad vitandū mala peiora. xxiij. q. iiij. ecce. r. c. ſe. i. ꝓpter ſt ſic hīda ē vt tolleret vt oz. niſi redūdet i iniuriā vel. ſicut helias fecit ignē deſcēdere ō celo ſup eos q̄ venerāt ad eū capiēdū. iiij. re. j. r heiſe⁹ maledixit pueris ſe irridētib⁹. ibidē. c. ij. r ſilueſter exēicauit eos q̄ ſtūq miſerāt i exiliū. xxiij. q. iiij. gulliſari⁹. Vide. xxij. q. cviij. Quod aūt ꝺr Luc. vj. de altera maxilla pbēda itelligit ſm ꝓparatōem animi ſm Aug. ſi expediret alias nō: ſicut nec ipſe xp̄s aliam pbuit.

Patria ptās ſz a30. ē ius quoddaz qō hñt hi q̄ ſūt de ꝑio romano i liberos naturales r legitimos: qō aliī nō hñt. iſti. de pa. po. p totū: r de iur eiusdī introducta ē: ſz itelligē q̄ ſicut hodie aliqui vſurpata ſūt iura ꝑii ita r hoc ius. ſolui ät ꝓpter cū pf trāſit i alteri⁹ ptātes: puta abbatis p igreſſuz religlōis: vñ filiī i ꝓpria ptāte hñe ñ poterit. l. ſi grrogator. ff. ō ado. r facit. c. cū ſcim⁹. ō reg. r no. i aut. igreſſi. ei aut. ſi q̄ mulier. C. ō fac. ſan. ec. Et ſcōo. qñ filiī poſt pubertatē. pfitēt religlonē approbatā. vt no. gl. i. c. j. xx. q. ij. r gl. i. l. ſi ex cā. H. pupi. ff. de mino. añ pubertatē ḋo. pfiteri nō poteſt pfe iuſto. qz nō deſinit patria ptās ꝙ ingreſſuz añ pubertatē lōge tenet obedire patri. Immo nec pf pōt filiū ipuberē offerre religiōl. H. dicēte matre ſz ino. r no. Panor. i. c. ij. de reg. qz obedientia qua filius tenet matri: ē de iure naturali r diuio: ſz patria ptās de ciuili: nec amus. ſi. r patre r radicēte eadē rōne. Solvit ēt tertio p ordinē de quo ſupra eps. H. v. r ordo. j. H. iij. iiij. p eam ancipatōem. r multis aliis modis de quibus inſti. q. med.

Ius pa. po. tollit.

Patriarcha grece latine ꝺr ſumm⁹ vel princeps patrū. di. xxi. clericos. r ſm Ray. alio nole ꝺr ptās nō realiter ſed vocaliter differēs. diſt. xcix. pulcie: r propīe vel pcipaliter ſūt quattuoꝝ patriarcharum. quoꝝ maioritas vel dignitas eſt ſm iſtum ordinē: Cōſtantinopolitanus, alexandrinus, antiochenus, hieroſolymitanus. vt de priuileg. antiquā. Aliī vero propīe

dicūtur primates: vt aquilegiēſis. gradēſis. bituricēſis. r narbonēſis. q̄mōl. ſum. antem. ang. ptra ro. r ſupple. r ter. in. d. c. antiqua inter principales nō annumerat antiochenum: allegās gloſ. in. c. cleros. q̄ ibi eſt contra eum. ponens inter principales pdictos quattuor addens romanum.

priuilegia ſtruor: priuatū ſiue pſiarcharum.

Priuilegia horum quatuor principaliū. ſunt ſtruor. vt habeē ex. d. c. antiqua iuncta glo. Pcipue Innocētū. P Primū. Quia poſt q̄ receperūt pallīū ab apoſtolica ſede. conferūt illud metropolitanis ſuis. P Secūdū Quia recipiūt fidelitatis r obedientie iuramētū ꝓ ſe⁹ eccleſia romana. P Tertium. Quia faciunt añ ſeybiq̄ crucē deferri. niſi in vrbe roma: r vbi fuerit papa. vel eius legatus vtēs in ſignis papalibus: q̄ ſz panoꝝ. ibi ſunt veſtia rubea. paramenta alba. ſrenum r calcaria deaurata. Qui etiaz no. ibi q̄ inſignia denotantibus ſuplorē ſtatem in loco nō pōt q̄s vti extra ſuū territoriū: niſi ex priuilegio: quia hoc inquit tēdit in pīdicium aliorum. ne in eodem loco videātur eſſe plures prelati: ex quo infert q̄ patriarcha. archiepiſcopus. vel epūs nō poteſt ſolēniter bñdicere extra dioceſim ſuaz cū p hoc dimittātur venialia q̄ dimitti non pñt niſi p ſuplorem de pe. tre. quod aūt. In ſignis vero denotātibus dignitatē vel pfectionem in pſona inſignita. vt eſt delatio anuli. celebratio in pontificalibus. pōt quis vti extra ſuam iuriſdictionem z. vt ꝺr ſorte eſt deportatio caude que nō denotat ſuplorita tem in loco ſed grauitatē. P Quartū. Quia ad ipſos omiſſis medijs appellatur. r hoc vltimum licet glof. ibi neget. Innoc. tamen r ho. r Specu. hoc tenēt. r Panormi. hoc dicit eſſe communius. licet do. an. dicat communiorem eſſe aliam opinionem: r hoc tene. ar. d. c. antiqua. vbi hoc ex⁹ datur in priuilegium quod nullus eſſet ſi ad eos appellari nō poſſit omiſſis medijs. eō de iure cōi ab archiepō ad patriarcham appellet. vi. q. iij. ſi inter.

iuriſdictio torum.

Iuriſdictionem vero patriarche ſiue primates in ſubditos ſuffraganeorum habēt ſm Ray. in octo caſibus. P Primo. cum appellatur ad eos. di. xcix. pronuncie. q̄ panormi. intelligit de archiepiſcopis exiſtentibus in prouinciis deputatis ipſi patriarche. P Secundo cum vocat eccleſia metropolitana. r poſtulatur primas vt diſponat de rebus ad metropolitanum pertinētibus. i. cuſtodiendis. de offi. or. preſenti. lib. ſexto. P Tertio ex conſuetudine priuilegio. ſr. q. iij. conqueſtus. P Quarto cum ſuper arduo negocio dubitatur. nec poteſt in prouincia li pcilio terminari: quia tunc metropolitanus debet primatem cōſulere. diſti. xviij. de cōſiſ. P Quinto cum metropolitanus eſt negligens vel remiſſus. quia poteſt ſupplere defectus eius. ſr. q. iij. cum ſimus. P Sexto quando aliquis cōquerit̄ de archiepō quia primas eſt iudex. xi. qō. j. ſi clericus. P Septimo ſi ſubditus metropolitani ꝙque ratur primati quod iniuſte ipſum exēicauit: r primas remittat eum ad metropolitanum vt abſoluat r ſibi abſolutionem obtinere nō poterit: quia abſolutionem triarca preciplens vt ſatiſfaciat metropolitano. aliter reducet eum in eandem ſtiam. niſi cōſiter ſt eum iniuſte exēicatum. vt in c. ad reprimēda de offi. or. P Octauo. qñ archiepūs vel epūs fecit mandatum illicitum vel iniuſtum. r ſubditus appellauit ad papam quia poterit pſiarcha declarare iuſte fuiſſe appellatum. ar. de qp. ſolicitudinem.

p Arrotius vide. B. ius pronatus.

De peccato actuali.

Peccatū actuale vt de originali omittamus ſcōm Am. eſt ꝑuaricatio legis diuine r celeſtiū ꝰ inobedientia mādatoꝝ. vel ſm mēteꝝ. s. tho. eſt actus humanus malus. ſ. moraliter. vt p3. xij. qō. lxxj. ar. vj. et lxxij. ar. j. r. iij. ꝓpra. c. r. ix. Et ſt autē ꝺuplex ſ. mortale r veniale quod nō perſecte attingit ad ratiōem peccati. de quibus theologi ce multū valde dici poſſent: ſed tm̄ de q̄dam mōvolo inquirere ſpectāti ad ꝓpoſitum noſtrum.

1. q.

Primo ergo queritur vtrum vnus r idem actus poſſit eſſe bonus r malus: r dicit ſanctus. Thom. 2. 2. q. xx. q̄ actus vnius vnius nature. vt vna continua ambulatio. poteſt eſſe bonus r malus in vnitate moris: cū poſſit eſſe plures ſm genus moris ſi mutetur ambulantis voluntas que ꝓncipium moralium actuum eſt. ſed vnus in genere moris non poteſt eſſe bonus r malus moraliter. Hec ex illo.

2

Secundo queritur vtrum voluntas et opus exterius ſint vnum peccatum: et dicit Petrus quod ſic formaliter. vt ſunt cōuneta. i. ſimul tempore vt cauſa r effectus. licet ſint plura materialiter qualvna eſt rō deordinādi licet plures deordinata: vt aūt ſunt ſepata pura ſm aliud r aliud ipſe ſic ſunt diuerſa peccata. intelligē formaliter. quia diuerſe ſunt auerſiones: puerſiones. Immo ſm

mentem .s. Tho. cum vno numero actu exteriori stant multa peccata formaliter & essentialiter distincta si stante vno exteriori actu voluntas frequenter mutetur ad aliqua disperata, & renertatur ad idem vt patet ex dictis ℋ. prioris: secus si mutet ad aliqua ordinata ad eundem finem: vt cuz is qui vult fornicari cogitat de clausione hostij ne deprehendat. quia omnia hmõi opera interiora sunt vnum peccatum ab vnita teynius finis virtualiter in oibus intenti. nisi aut mens ad disperata mutetur. aut oi
3 no desinat aliquid cogitare.

¶ Tertio q̃rit q̃lo peccatuz mortale discerni possit a venali: r dico q̃ oia peccata que sunt ꝓtra ꝑcepta diuine aut naturalis aut humane legis. de quo infra ꝑceptum. ℋ. sunt peccata mortalia ꝑm oẽs doc. regulariter. qõ tñ fallit ꝑm. s. tho. dupliciter: ꝓmo ex iperfectione actus. qui. s. subrepit ex primo motu sensualitatis & nõ pringit ꝙsẽs ad consensum rõnis. 2. 2. q. xxxv. secũdo ex iperfectiõe obiectiv: si ꝓtra iustitiaz fiat in aliquo minimo. 2. 2. q. lx. de quo. s. is cõtra quem fit. ꝓbabiliter ꝑsupponitur ꝓtentus. vel saltẽ deberet esse ꝓtentus tertio ex interuẽtu dispẽsatõis: & quarto. ex internẽtu cause rõnabilis ex causantis quo ad ꝑcepta humana. Omnia vero peccata que sunt cõtra mãdata vel ꝑsilia. sunt regulariter venialia qõ fallit ꝑm. s. tho. & alios multipliciter primo si qs ibi statuat finem vltimum paratus. s. mortaliter peccare sine hoc cogitet actu: secũdo si fiat ad finẽ q̃ sit peccatũ mortale. tertio si interueniat ꝓtemptus. quarto si quis de salute. ꝓximi inde nõ curet eo mõ quo dictũ est de muliere supflue se ornante nõ curãte si inde ꝙs ruat: vt. ℨ. ornatus. ℋ. iij. v. si cõfictela sit erronea sic credens.

4 ¶ Quarto queritur vtrum peccatum venie possit fieri mortale: r dicit pe. q̃ idem numero actus in genere mortis. qui est venialis non potest fieri mortale. & qõ dicitur q̃ multitudo venialium ita posset obruere sicut vnum mortale. est verum occasionaliter solum: ꝙ idem in specie sic: r intendit quod illud quod ꝑm se ex suo genere est veniale potest fieri mortale huic vel illi: quod verum est quattuor predictis modis ℋ. prioris non autem eo modo quo dicit gl. de. di. j. in ca. tres sunt. & verbo oppriment. & approbat supple. in tl. ornatus. s. quasi ipsi cõtemptus & vilipensio venialium sit mortale: nisi forte in religioso q̃ tenetur habere ꝓpositum ꝑficiendi. quia nullibi est ꝑceptum quod istam curam habeamus. ꝙ̃ con
fulitur tantum.

¶ Quinto queritur vtrum sit necesse deve- 5
nialibus penitere aut ꝑficeri: r de ꝑficeri quidem dictum est supra ꝑfessio. ℋ. xiij. de penitere ãt dicit. s. tho. in. iiij. di. xvj. q. nõ est necesse absolute. quia inde mors nõ incurritur nisi forte ex contemptu: sed ex suppositiõe q̃ deberet remitti in hac vita: r ꝙ hoc nõ ꝓprie dr ꝙs ad aliquid teneri: ideoq̃ homo non tenetur ad pniam de vẽnialibus nisi large sumẽdo. infra pnia. ℋ. iij.

¶ Sexto queritur vtrum ad remissionem 6
venialium contritio requiratur: r dicit hec probat. s. rhodis. in quarto dist. xvj. q. veniale non potest dimitti sine mortali. sicut nec haberi potest ferus: charitatis qui apponi tur veniali sine charitate. Igitur venniale nõ remittitur quãdiu voluntas manet in illo quia non tollitur culpa nisi reordinetur voluntas. quod esse non potest quãdiu in ipsa deordinatione manet. Igitur venniale sine cõritiõe nõ dimittitur. quia ipsum recedere voluntatis a venali est displicere. quod displicentia quando est gratia informata est dolor contritionis. Cum tamen contritio dupliciter accipiatur scilicet habitu. actu. medio modo contritio habitu non sufficit ad hoc. quia venniale cum penitentia & consequenter cum gratia esse non posset nec requiritur contritio actu. quia remitti non posset peccatum quod non habetur in memoria. vnde requiritur cõritio medio modo. quando scilicet. et si venniale actu non displiceat explicite. displiceret tamen implicite. quia virtute actus qui agitur. sequeretur displicentia explicita peccati venialis. si cogitatio ferret ad illud. ℋec ex illo.

¶ Septimo queritur quot modis venialia 7
remittantur. et dico quod multis modis vt diffuse deduxi in aur. ro. casu. xliij. sufficiet per communionem per aspersionem aq̃ benedicte/per elemosynam/per orationem precipue dominicam/per confessionem generalem/per episcopalem benedictionem per pectoris tonsionem/per cordis contritionem. Sed aduerte quod ideo sic canonice dicunt quia ita legunt/sed possibile est quod per ista non remittantur & qõs remittantur per alia: quia ratio quod p ista remittuntur est quia per hec excitat deuotio ꝛ feruor charitatis. quo secundum. s. tho. vt dictum est remittuntur. qui possibiliter nõ cõsurgit ex istis licet septus consurgat et consurgere potest ex aliis. Quid autem sit peccatuz in spiritum sanctum. vide. s. tho. 2. 2. q. xliij.

¶ De peculio. ℋ. in se.

Peculium dictum est quasi pecunia pusilla vel pusillum patrimonium. ff. de pecul. l. depositi. & aliqñ significat omne patrimonium cuiuslibet hois ẽt liberi. vt. ff. ad treb. l. cogi. aliquãdo vero sumitur aliis modis. vt no. glo. in rubr. ff. eo. ti. sed nũc de eo loquor vt attinet filiosamilias vel seruo. ℰt est peculium pusilla substantia vel pecunia separata a rebus & ratiocinijs patris aut domini data vel promissa filio vel seruo. d. l. depositi ℋ. peculium. ℰst autem duplex i. ꝓ
Peculiuz. posito quodam. s. laicale & quodam clericale: & vtrũq; vel saltem laicale est quadruplex
i. qõ. s. castrense quasi castrense profectitium & adventicium.
Peculiũ castrense. ¶ Primo vero queritur quid sit quodlibet horum peculiorum quo ad laicos. ℙ ℰt dico q̃ peculium castrense est id quod filio degenti in militia occasione militie donatur a parentibus cognatis aut alijs: vel q̃ ipse i militia acquisiuit: alias nisi militasset non acquisiturus. ff. de castren. pecu. l. castrense. cuz ibi notatis. Adde etiam q̃ ꝑm accur. C. e. in ru
bri. & palatinoz. l. militum palatij qui principem sequuntur. peculium id est quod habent ratione militie est castrense. ℙ Quasi ca
Quasi castrense. strense vero est quod acquiritur ab aduocatis: tabellionibus: magistris studioz liberalium artium & medicis: ac oibus q̃ ex publica eã vel publico officio salaria vel stipẽdia recipiunt publica. C. de inof. testa. l. cum antiquis. cũ ibi no. vnde ad hoc peculiuz requiritur publica eã & publicũ salarium: vel saltem q̃ debeatur publicũ salarium. ℙ Pro
Profectitium. fectitium est q̃ ꝓficiscitur ex substantia vel rebus patris ꝑm bar. in l. cũ op3. C. de bo. q̃ ll. vbi dicit glo. q̃ ll ex large accipitur vt cõprehendat oẽ qõ occasione patris obuenit. vt l. additio. ff. de acqui. here. & ff. de vul. et pupil. substi. l. sed si plures ℋ. in arrogato. & intellige occasione proxima. l. foclum qui in
Aduentitium eo. ff. ꝑ so. de quo infra ℋ. xliij. ℙ Aduẽticiuz vero est quod acquiritur ex industria vel labore: quod intelligo secũdz ab exercitio rei domestice sicut de muliere lucrosa dr supra elemosyna ℋ. v. parti. v. vel donatione alicui de ꝙ intuitu ꝑfis facta: vel ex successione vel alter aliunde. puenit ex euentu vel fortuna
qõ tamen fallit in eo quod ab augusto vel ab augusta donatur quod iudicatur quasi castrense. C. de bo. que ll. l. cum multa & secũdũ
Indonato a rege: quia quod est statutum de imperatore generaliter: intelligitur
statutum de rege particulariter secundum no. per Inno. in. c. super quibusdam. de ver. signi. ℙ Supple. autem addit quintum peculium mixtuz ex duobus vltimis. s. si filius
Mixtum. ex rebus patris sua industria vel labore lucretur: quia lucrum erit partim profecticiũ partim aduenticium: quia quod suo est de toto ad totum: est de parte ad partem. ff. de rei ven. l. que de tota. ꝙ̃ dico quod si iussu patris exercet res eius totum est patris & ꝑfecticium: qr ad hoc tenetur: si vero sine iussu patris expresso sed cum interpretatiuo est idẽ si vero contra voluntatem eius est fur.

¶ Secundo queritur quid sit quodlibet horum peculioz ℘tum ad clericos: r dico q̃ in 2
eis non ꝙ̃ locum peculium castrense: qr non militat corpora liter. ℙ Quasi castrense autẽ est quicquid acquirunt officio suo vel ex beneficijs de quo & testari possunt. l. sacrosancte. C. de epi. & cle. quod limita ex non curatis: secus si sint cum cura: immo secus si sint cum administratione. vt est glo. in. c. fi. de of. ordi. libro sexto. secus etiam si fructus non sint reconditi. vt in ca. gl. & de hoc vide supra clericus. iiij. ℋ. iij. iiij. & sequẽtibus. ℰx quibus ꝙ̃ non bene cõcedit hic sum. ro. quasi castrense esse quicquid acquirunt ex beneficijs nõ curatis. ℙ Profectitiũ vero est q̃ de bonis eccle
sie ꝓcedit vel eius contẽplatione acquiritur. quod quidẽ dr ꝑfectitiũ respectu ecclesie non respectu patris: vnde est ecclesie quo ad ꝓprietatem & vsumfructũ: nec ꝑtinet de eo disponere clerici ad libitũ sed vt iura ꝑmittunt. vt supra clericus. iiij. ℙ Aduẽticiũ ꝛo ꝑm gof. in sum. est qõ acquirunt ex opa sua vt alias ꝓuenit ex intuitu ꝑsone: qõ ẽt dr aduenticiũ non ꝛe sed similitudinarie: q̃ qõ laico est aduenticiũ: clerico est castrense vel quasi vt supra clericus. iiij. ℋ. xiij. vbi quicqd venit ad dñium clericoz nisi ꝑficiscatur ex rebus ecclesie vel obuenerit ex eius intuitu: est castrense vel quasi: & de eo ꝑt ad libitũ disponere & testari legitime legata filijs vel parẽtibus. vt in aũt. de san. epi. ℋ. ꝓsbyteros. & ponitur. C. de epi. & cle. aũt. ꝓsbyteros. qõ sum ang. concedit indistincte: sed nõ dic non esse verum in peculio profecticio patris sine ex rebus patris vel eius intuitu. Unde & panor. in rubr. de pecu. cle. dicit quod ista pecu
lia non differunt quo ad laicos et clericos: nisi in aduenticio. est verum in clericis filijsfa. quia per clericatum non eximunt a patria potestate in temporalibus: ꝛ̃ aliquã mi
nuo bene seniat glo. in. c. ludeoz. de cle. et qua. qr hoc tenet ibi Inno. & cõiter doct. & ꝓ batur. in. c. per venerabilem. qui filij sint le-

gitū.vbi est speciale in ꝓpo.hec ex illo. Ex ꝗbus ꝓz ꝙ clericus filiafra.in peculio profectitio non distat a clerico.

5 ¶ Tertio q̄ritur quid iuris habeat pr̄ aut filiafra.in dictis peculijs. Et dico q̄in castrēsi ꝛ in quasi castrensi pater nihil iuris hz ḡn potius ipse filius in eis cēsetur paterfamilias.vt.C.de inof.test.l.fi.ꝛ.ff.ad macedo.l.j.H.vlt.ꝛ.l.ij.ꝛ consequenter de eo pōt ad libitum disponere ꝛ testari ꝑm oēs doc. nec post mortem patris filius cōcabit cū fratrib⁹.l. quisquis.C.de inof.test.C.de colla.l.fi.P In ꝓfectitio ꝙo pater hz ꝓprietatē ꝛ vsumfructum.filius aūt nihil iuris hz.insti.p quas perso.no.acqui.H.j.vnde ad hoc solū valet hoc peculium filio ne publicetur in casu in quo alia bona patris publicātur.vt in.l.ij.fi nita.H.si de vectigalibus.ff.de dā.infec.post mortem trī patris erit cōe cum alijs fratribus.P In aduenticio vero filius hz ꝓprietatem:sed pater in vita habet vsumfructus ita ꝙ filius de eo testari non pōt.de sepul. Iz pater.lib.vj.ꝛ si pater filium emācipauerit apud patrē remanebit media pars vsufructus aduenticiox.insti.per quas perso. no. acqui.H.sanctum. si vero ꝑmoriat filio erit filiꝰ spāliter ꝛ totaliter nec cōcabit cuz alijs fratrib⁹.si vero filius ꝑmoriatur patri: erit patris nisi filius reliquerit qz erunt loco patris.d.H.sanctum. Si etiā filius habēs bona aduenticia crimē admiserit ꝓpter quod si esset paterfamilias bona eius venirēt publicāda:Iz sint diuerse opiniones:tamē cōis opinio est ꝙ dicta bona non veniunt publicanda ꝛ tum ad ꝓprietatē manēte vsu apō patrem ꝑ quā opinionē est bar.in.l.si finita H.si de vectigalibus.ff.de dā.infec.ꝛ idē angē.ꝛ Salic.Unde eos si placet qz multa hinc inde dicūtur.Et intellige patrē in hoc habere vsumfructū dum vixerit nisi remiserit vel nisi ab aliquo sit donatū vel relictū hoc pacto:vt ad patrem non ꝑmeat vsufructꝰ vel nisi succedat filius vna cū patre in hereditate fratris vel sororis:vel nisi qñ pater noluit assentire filio adeunti aliquā hereditatem vel nisi pater commiserit incestas nuptias: vel nisi patre minus legitime diuertente id est diuortiū indebite faciente bona filiꝰ applicentur.institu.per quas perso.no.acqui.H.sanctum.in glo.vel si filius recipit dotez patre non consentiente nec se obligante secundum barto.in.l.contra.ff.re.amo. quia in istis patri non acquiritur vsufructus:nec quicq̄ aliud.

4 ¶ Quarto q̄ritur vtrum donatum filiofa. militi sine alia expressione sit castrēse:ꝛ barto.in tracta.de duobus fratrib⁹.ꝛ in.l.si forte.ff.de castren.pecu.distinguit. Nam si donatur necessarium vel aptum militari vt equꝰ ꝛ arma in dubio dicetur castrense a quocūq̄ donetur.L miles ꝓcipua.ꝛ.l.castrense.ff. de castren.pecu. Si vero donatur quod non est aptum ad militiam vt aliquid immobile non erit castrense etiam si expresse dixerit hoc donans.vt.l.si forte.ff.de castren.pec.ꝛ quod ibi tenet dī.ꝛ.C.eodem.l.prima. quod tamen fallit in duobus casibus:primo quādo donans est notus solum ex militia:qz donatum indistincte est castrense:secūdo quando datum est expresse vt vendātur ꝛ emantur apta ad militiaz. Si vero donatur quod potest esse aptum ad militiam ꝛ alia si expresse ꝛ nominatim ad militiam datur erit castrense:si vero datur simpliciter sine expressione non erit castrense nisi sit datum a noto solum ex militia.l.si militi.ff.de ca.pe.ꝛ quod no.bar.in.d.l.si forte.

¶ Quinto q̄ritur quid si donatur filiofa. 5 non militi cum expressione quod sit et castrē se:ꝛ dicit barto.in predicto trac.ꝙ Iz appositio taliū verboꝝ non valeat nisi vt sit aduenticium.vt.d.l.si forte.operabitur tamē vt patri non acquiratur vsufructus quod potest fatere donans.vt.C.de bo.que lib.aūt excipitur:a fic licet vtiet expressum.non tamen vtiatur tacitum.l.prima.ff. quib.mo. pl.vel hipo.sol.

¶ Sexto q̄ritur vtrum donatum filiofa. 6 aduocato vel alicui publicum officium habenti sit castrēse:ꝛ dico quod bar.in.d.trac. eodem modo distinguit.vt supra.H.quarto. de milite distinxit scilicet quia si detur necessarium vel aptum ad tale officium erit q̄si castrense a quocūq̄ donetur:si vero detur non aptum non erit quasi castrense:ꝛ sic de alijs vsq̄ in finem.

¶ Septimo quid si filiofamilias qui non est 7 in aliquo publico officio detur aliquid cum expressione quod sit ei quasi castrense:et dico secundum Bartolum.vt supra.H.quinto de non milite et castrēsi:quia scilicet erit aduenticium.quod tamen pater non habebit vsumfructum.

¶ Octauo q̄ritur vtrum libri empti a patre suo sint filio peculium quasi castrense: vel potius veniant conferendi cum fratrib⁹ post mortem patris.ꝛ distinguit barto.in.l. prima.H.nec castrense.ff.de collatio.bo. P Nam si pater emit solum nomine filij:et non tradidit nec expressit se donare tūc sunt ꝓprie patris.C. de castrensi peculio. lege prima.ll.duodecimo.nam traditio reꝗrit vt videatur

videatur donare.C.de dona.inter vi.ꝛ ꝓpo. l.si filiꝰ.P Si vero emit nomine filij ꝛ tradidit ei.vel dixit se eos donare.tunc si filiꝰ erat tam aduocatus vel doctor tempore donationis acquiruntur ei in quasi castrēse.l.j.C.de ea.pecu.ꝛ.l.castrense.ff.eo.nec poterit fle donatum pater reuocare quasi donatio sit incōtinēti valida.l.si filius.C.fami.herciscun.vnde non communicabuntur.vt.d.l.j.C.de ca.pe. ꝛ.d.l.castrense.ff.eo.P Si vero nec aduocatꝰ nec doctor erat sed scholaris.tunc si studiuz suum compleuerat ante mortem patris.efficiuntur ei quasi castrēse.qz incepit quasi militare.l.sine emancipatio.C. de dona.ꝛ.l.donationes in concubinas.H.pater.ff.eo.nec ve nirent in collationē.d.H.nec castrēse.P Si vero ante mortem patris studium suum nō cōpleuerat:non possunt dici quasi castrēse :qz qualitas persone non patitur.cum non habeat aliquam ex illis dignitatibus que ponūtur in.d.l.fin.C.de inoff.testa.quia scholares non gaudent eo priuilegio quo magistri ꝛ doctores.l.j.in fi.C.de stu.libe.ꝛ facit qđ not.in l.fi. C.de iurisd.om.iudi.hoc tamē fallit si pater et non emācipato libros dedit:sed eos nō est adeptus nisi post emancipationem: quia erūt sui eo ꝙ confirmetur donatio.d.l.sine.et d.H.pater.Et idē dic de quocunq̄ donato a patre filio emancipato. vel etiam non emancipato.si emancipatus voluntate patris posfecit:quia erit filij nec pater postea poterit reuocare.d.l.sine.secus si post emācipationē contra voluntatem patris tenuisset donata. Et similiter dic ꝙ cōfirmatur dicta donatio morte patris:etiam si filius non est emancipatus fauore studētium:ꝛ sic post mortē patris talia erunt sua nec communicabit cum fratribus.l.filie.C.fami.hercis.ꝑm opinionē approbatam in glo.d.l.sine.P Si vero nescit an donauerit nec ne.tunc secundum bald.in additionibus ad ꝓfatum trac.bar.ad con lecturas ē recurrendū ꝑm dicenda infra.H. ꝗ.P Aduertēdum est ꝛñ hic ꝑm bar.in ant. ex testamento.C. de colla.ꝙ donatū a patre filio emancipato.est conferendum post mortem ꝛ computabitur in parte eius: sed donatum filio existenti in sua potestate.licet non valeat ān vita ipsius patris.post mortem tamen vim sibi assumit ꝛ habet vim legati:vt in l.in donationibus.C.ad.l.fal.ꝛ.l.donationes la prima.C.de dona.inter vi.vx. Et sicut legata ꝛ fideicommissa non conferuntur.l.pe. C.de colla.sic nec talis donatio.Fallit tamē hoc primo qñdo emergit inequalitas.l.pe. C.de colla.secundo quando pater hoc expfit.tertio quando dedit vt haberet in peculio.l.si donatione.C. de colla.

¶ Nono q̄ritur vtrum sit quasi castrense 9 quod lucrantur artifices vt fabri. cementarij.ꝛ lignarij.et huiusmodi laborantes in rebus communibus ꝛ salarium habentes ex publico:ꝛ dico ꝙ non.quia non sufficit ꝙ acquisitus sit ex publico:sed oportet quod sit ex publica causa: puta publico officio: quod ītamen hz salice.in.l.fi.C.de inoffi.testa.fallit in architectis seu ingenterijs dominorū vel cōmunis quia quod acquirunt habebunt ꝓ quasi castrensi.

¶ Decimo.Quid de notarijs ꝛ aduocatis ꝛ 10 assessoribus non habentibus salarium publicum:ꝛ dicit bal.in.d.l.si. C.de inoffi.testa. ꝙ aduocati acquirentes aliquid non ex publico sed a clientulis.habebunt illud, quasi castrense:quia cedit eis loco publici salarij: ex quo hodie eis non soluitur ex publico.l.fo ri tui.C.de aduo.diuer.iud.ꝛ ibi dicit bar.ꝙ similiter erit quasi castrēse quod acquirunt assessores secundum glo.ibidem:similiter dicit idem bar.in.l.si mulier.ff.de cas.pecu.de relictis aduocato pro emendis libris vel eā causa eundi ad officia ꝛ huiusmodi.

P Quantum ad notarios autem qui non habent salarium ex publico.dico ꝙ munera nō acquirunt quasi castrense:sed solum notarij communis vel dominorum aut officialium:qui habere deberent salarium ex publico.

¶ Undecimo queritur quid de nautis:ꝛ dico 11 ꝙ cum in mari dicatur quis aliquando militare vt no.in.l.j.ff.de bo.pos.ex testa.ma. immo in classibus omnes remiges ꝛ naute militēs sunt.vt in.d.l.j.ideo ꝙ lucrum remigum ꝛ nautarum in classibus.seu bellico apparatu maritimo est castrense vel quasi.ideo de omnibus patronis officialibus ꝛ nauris qui ex publica causa hoc faciūt.d.l.j. et intellige in bello iusto quia non est publica causa vel officiū.quod non ordinatur ad bonum commune.secus ergo in bello iniusto ꝓtatarum ꝛ huiusmodi etiam si haberent salarium ex publico:secus etiā in nauigantibus ex causa priuata:vt pro mercibus ꝛ huiusmodi. Et tamen lucrum eorum qui habent officia in nauibus ꝛ qui laborant pro rebus conducēdis ex causa priuata aduenientiū:nec ē communicandum cum fratribus si contracta est inter eos societas omnis questus et lucri solū sed solum si esset societas omnium bonorum de quo infra peculium.H.ix.ita.tamen qđ illud lucrum nō sit ex negociatione.

¶ Duodecimo queritur vtrum omne quesi 12 tuz a filio ex pecunia vel rebus patris sit ꝓ

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecticium: vdicit bart. in predicto tracta. q in. l. cū oportet. C. de bo. que libe. q' oē quesitum filio ex bonis patris. siue sint pecunia siue possessiones sibi date sine labore z industria filij: puta dando possessiones colono z pecuniam mercatori: est profecticium: sed si quid ex predictis acqrit labore suo vel industria: puta laborando agrū vel ex pecunia negociādo. dicit q' sicut lucrum ex pecunia factum partim pecunie partim persone lucranti attribuitur. l. j. C. pro. so. q. l. si non fuerint. ℌ. j. ff. eo. sic dictum lucrum pro parte que debet fundo vel pecunie erit profectitiū: z p parte debita operi persone lucrantis erit aduēticiū d. l. cum oportet. post principiuz: vbi patet q' omne lucrum proueniens ex persona filij est aduenticium. Nec ob. l. si ita. ℌ. fi. ff. de vsu. z habita. z. l. per seruum. ℌ. fin. ff. de acquir. re. do. quas allegat spec. qui tenet contrarium: quia loquuntur in seruo qui acquirit domino ex opere suo p̄sone. Et ita refert z tenet ssi. ang. z consen. z sum. ro. hic. ℌ. vij. z. vij. z sup ple. idem dixerat vt patet ex allegatis. ℌ. j. in fi. z idē videtur sensisse Joan. de pla. Ego vero dico q' glo. in. d. l. cum oportet. dicit q' huiusmodi lucrum est profecticium. quia ex re patris proficiscitur. ff. ad trebel. l. balista. z ipsi ac spec. bene senserunt vt hoc lucrum sit profectitium si filius erat in potestate patris: quia ex rebus patris acquirit patri: vt patet insti. per quas perso. no. acqui. in prin. pio. z patet etiam ratione. Filius est in vsu z exercitio rerum paternarum. conueniēti sue persone. tenetur patri. ex consequenter tale opus est patri debitum nec inde posset filius lucrari sicut nec seruus. Nec bene solum isti ad. l. si ita. nec ad. l. seruuz. quia quātum ad hoc eadem est ratio de filio per quez patri sicut per seruum domino acquiritur: nec etiam bene probant per dictam. l. cum oportet. quia ipsa expresse excipit lucrum qō ex substantia patris sit vt patet intuenti. Et hoc intellige etiam si filius ex fructibus fundi iterum lucretur: quia si profectitium est ei donatur fructu patrimonio fortius quod ei obuenit auxilio substantie patris. Si tamen filius non erat in potestate patris: vera. est predicta opinio z procedunt omnia al legata.

13 ¶ Decimoterzio queritur quid si filius ex pecunia data patre lucretur per vsuras: et videtur dicere glosa in dicta. l. cum oportet. q' sit lucrum profectitium. quod secundū Bartholum procederet secundum antiqua iura vsuram permittentia: hodie vero nec profectitium est: nec aduentitium: sed totum restituendum.

14 ¶ Decimoquarto queritur de his que filius acquirit ex delicto: et dicit Bartholus quod nō queritur patri: vt. l. quod seruus. ff. de acquirenda possessione: z. l. quod autem ex furto. ff. pro so. nisi filius fecisset vsuras de iussu patris: quia eas vterqz restituere teneatur. que ritur patri. semper tamen deducto eo q' filio pro opere debetur. Hec ex illo. Hoc autem casu potest filius per seruuz opus sibi quērere licet illicite: quia non tenebatur in hoc patri.

15 ¶ Decimoquinto queritur quid si filius negociando in gallijs ex rebus patris capiat beniuolentiam regis et inde aliquid bono lucratur: et dicere videtur specul. quod hoc sit profectitium. Bartholus vero in dicta. l. cum oportet. dicit hoc dictum specul. esse contra casum. l. socium. qui in eo. ff. pro soc. z tamen idem bar. aliquādo dicit q' quicquid filius habet beneficio vel occasione patris est profectitium: vt supra. ℌ. j. Sed veritas z vt hoc profectitium non sit sed aduenticiū q' tex. in. d. l. socij virtualiter distinguit q' occasione patris filio dupliciter aliquid obuenit: primo. s. proxime z immediate. sicut si filio meo in anglia a te reperto. dediti. z. q' non nisi propter me dedisses: vnde sum cautus. proxima: secundo remote. sicut si propter patrē meū habui noticiā alicuius dñi: qui plus vel eque me vt patrē meū diligit: aqō a tali dat non est profectitiū. Unde oēs leges que dicunt inspiciende cuius contemplatione vel causa aliquid sit datum. intelligi debēt de ista proxima. d. l. socium. quoniam in damnuz acquirentis non consideratur causa remota. l. si. ff. de condi. sine. cum emancipa. libe. sed bene quantum ad commodum. l. si forte. ff. de ea. pe.

16 ¶ Decimosexto queritur vtrum filiusfamilias qui vigore statuti ex morte vxoris lucratur votem vel partē eius hoc lucrum habeat quasi profectitium: dico q' in hoc varie loquuntur doc. Imo bar. sibi ipsi videtur cōtrarius. Nā in. l. si cū dotē. ℌ. trāsgrediamur. ff. sola. ma. dicit q' tale lucrum nō est filio p̄fectitiū sed aduentitiū. fundans se super tex. in. l. cum oportet. C. de bo. que li. rideꝫ tenuit Jo. de pla. sed ipsemet bart. in. tract. de duo. fra. maturius et equius loquens dicit quod si filius sustinet onera matrimonij de lucro sue persone vt puta separatus a patre erit ei aduentitium: si vero hec sustinet pater erit filio profectitium: et sic intellige di. in dicto ℌ. transgrediamur. dicentem quod non est aduenticium sed post mortē patris habeat p̄sumi cōtē platiōe filij dati. si vero viuēte patre p̄sumi dati cōtē platiōe patris: z secūdo ex ege puta quia filius negociando fecit amicitiam vt supra. ℌ. 15.

cabitur per. l. ℌ. C. fami. hercis. si vero partim pater z partim filius sustinet: tunc pro rata oneris partim profectitium z partim aduenticiū erit. l. sed z si quis. ℌ. j. ff. de vsufruc. z. l. si seruus communis. ℌ. finali. ff. de stipulatione seruorum. Et hoc sequitur Baldus in dicta. l. secunda. z glosa in. l. dotem. ff. de cu. pe. z Dinus vbi supra z Cynus. Et vtiqz sic tenēdum est per ar. a contrario in. l. profecticia. ℌ. primo in verbo nihil erogauit. ff. de in. do. vbi dicit iurisconsultus quod si pater repudiat legatum sibi factum ad hoc vt filio vel genero acquiratur illud non censetur profectitium: quia propter illud pater de suo nihil erogauit: z consequenter vbi erogatio vel impensa patris est causa acquisitionis erit profectitium: vt hic vbi pater fecit sumptus nuptiales z sustinuit onera propter que datur illud lucrum dotale. Lactione. ff. pro socio. et l. dotis. ff. de iure dotium.

Ad omnes autem leges que videntur sin contrarium dicatur quod loquuntur quando pater non sustinet onera predicta: et ad statutum dicens q' maritus lucretur dicendum esse verum quando non est filiusfamilias. aut si est lucrē sed nō sibi verum patri.

17 ¶ Decimoseptimo queritur virū acq̄situ p filiūfamilias in dubio p̄sumatur profectitiū z Bartolus vbi supra distinguit. Nam si resultat suspicio delicti nisi sic p̄sumatur puta quia filia p̄sumeretur turpiter acquisiuisse cum aliter habere nequiuerit. sic credetur ex bonis patris acquisitum: vt cuilibet suspecto delicti. l. si defunctus. C. arbi. tutel. et. l. quintus. ff. de donatio. inter virum et vxorem. z. l. si vxoris nomine. C. eo. Si vero suspicio delicti cuilibet p̄sumetur ex bonis filij vt dictis legibus. Si vero nec cuilibet nec oritur suspicio delicti recurrēdum est ad coniecturas. C. de episcopis z clericis. auē. licentia. Et hec omnia sunt seruanda in pretore z tutore. vxore. z huiusmodi qui circa bona aliorum versantur in cōscientia licet glo. in. d. l. cum oz. aliter dicat.

18 ¶ Decimooctauo querit virū donatum vel relictū filiofa. ab extraneo sit aduentitium. z bar. in predicto tract. distinguit. Naz si est datum cōtēplatione patris: erit p̄fectitiū: si cōtemplatione filij erit aduentitiū. l. sed si plures. ℌ. arrogato. ff. de vul. z pupil. sub. z. l. additio. ff. de acquirē. here. z. l. sed z si quid donet. ff. de vsufr. z no. glo. in. d. l. cū oz. Si vero nō apparet cuius contēplatiōe sit datū: dependet p̄mo ex futuro euētu: vñ si relinquit filiovt post mortē patris habeat p̄sumit cōtē platiōe filij datū. si vero viuēte patre p̄sumit datū cōtēplatiōe patris: z secūdo ex ege puta quia filius negociando fecit amicitiam vt supra. ℌ. 15.

19 ¶ Decimonono querit vtrū donatū filio a patre sit aduēticiū: z dicit bar. in. d. tract. q' si p̄cesserūt merita filij: que si extraneo fecisset ille donasset. sic donatio tenet a p̄ncipio nec potest reuocari z erit aduenticium sc̄dm glo. C. de inoffi. testa. auē. vnde si pareno: z concor. Jacobus butri. si vero non dat propter merita. sed. vt filio est simplex donatio que non valet. nisi morte confirmetur: de quo. ff. donatio. ℌ. vij. z an pater qui monachatur p̄dat tis aliis. vide ibi prope.

20 ¶ Vigesimo queritur vtrum pater teneatur facere inuentarium cum recipit bona aduenticia filioz: z dicit mar. si q' bononie in facto decisum fuit q' non tum quia non habet: de his reddere rationem: tum quia hoc non est lege cautum: tum quia ita habet legum interpres consuetudo.

¶ Rursus de peculio secundo huz ad diuisionem fratrum z sociorum.

Peculium scdo cōsiderari potest in ordine ad cōtractuz z diuisionem fratrū inter quos est cōtracta societas illimitata z nō determinate rei.

¶ Primo ergo q̄rit quid sit socieras z socius: z dicit tulius z no. azo. in sum. l. q. titulo p̄ so. q' societas est duoz pluriūe cōuentio contracta ob commodiorem vsum et vberiorem quesitum ad quod facit. l. si nō fuerit. ℌ. plerumq. ff. pro socio. Socius autez in ordine ad societatem est is inter quem z aliū vel alios est contracta societas: sed in censuris secundum glosam cur. z pau. in capitulo felicis. de pe. libro sexto. est ille qui aliquid cooperatur ad actum damnatum: vñ quando sunt plures z nullus est principalis dicuntur agentes: quando vero vnus est principalis alius cooperans tunc stricte dicitur socius in censuris: licet large socius criminis dicatur tripliciter scilicet concomitans. fauēs. z non corripiēs vt. 16. q. 4. ita plane. 86. di. facientis z tales regulariter nō puniunt eadem pena.

¶ Secūdo querit a quibus. circa quid. z quo modo societas contrahi possit: z dico q' societatē cōtrahere possunt qui se possunt obligare z cōtrahere de quibus multos casus habes ff. donatio. Cōtrahi autē potest circa omnia bona z circa aliquam negotiationem: z circa vnā rem. ff. eo. l. societas: nisi reo illa esset turpis aut flagitiosa. ff. eo. l. neqz pretermittēdū est. Non contrahitur autem sine cōsensu ſz p

Universidad de Deusto
Biblioteca

consensum. ff.pro so.l.qui admittitur: ⁊ hoc re. verbis.⁊ per nuncium.ff.pro so.l. societate ⁊ ad tempus ⁊ in perpetuum id est dum vi uent soci.⁊ sub conditione.ff.pro so.l.j.C.eo.l. penultima sine fine vero contrahi non potest 3 ff.eo.l.nullam.

¶ Tertio queritur quottuplex est societas: ⁊ dico vt colligitur ex no. per Bartolum ⁊ per Baldum in.l.ij patruus.C. cola vtri. iudi. ⁊ per eundem Baldum in additionibus ad bartolum de duobus fratribus quod est triplex.

Prima so cietas. ¶ Prima est omnium bonorum: in qua communicantur omnia quelita ex quacunq; causa laborando. vel negociando. vel ex dono. iure legato. vel hereditate.⁊ huiusmodi.⁊ stipendia data militibus.l.qui stipendia.C. de procuratoribus. ⁊ salaria quecunq; habita ex castrensi vel quasi.ff. pro socio. l. cum duobus.H. idē papinianus. alias est.l.ij fratres: ⁊ acquisitum ex iniuria sibi facta. vel ex l.aquilia: vel ex damno suo corpori illato. vel filiis suis dicta.l.cum duobus.H. socium: ⁊ generaliter omne quelitum licite quocūq; titu. vel causa. ar.a contrario sen. in.l.cum duobus.ff.pro socio. non autem quelitum illicite. vt ibi patet. Et similiter communicātur omnia debita licita.⁊ omnia damna etiam condemnationum factarum per iudicis iniuriā licet secus si essent facte iuste dicta .l. cum duobus.H. ibidem. Eo tamen casu quo ratione malefici condemnatio esset iusta teneātur socij contribuere. si eis scientibus ⁊ acceptantibus pro communi vtilitate maleficium factum est quia est commune ⁊ sicut in lucro ita et in dāno communicabunt: si vero ignoranter acceptarunt lucrum iniustum. tunc socius auferet illud et satisfaciet.l.si igitur ff.pro socio.⁊ sic solus solvet condemnationē etiam si essent socij omnium bonorum secundum Specu. Et licet de iure ex quo lucrum illicitum communicauit non possit illud auferre nisi post condemnationem.l.quod enim ff.pro socio. tamen si sacerdos iungat ei vt satisfaciat leso. intelligitur non solum in cōtestata sed etiam sententia lata et sic preceptum facere dotis est sententia secundum Hostiensem in capitulo finali. de sepul.

2. soci ¶ Secunda est generaliter omnis questus ⁊ lucri quod idem est.l.sed ⁊ si adiciatur. ff.p socio. in qua communicantur omnia que veniunt ex questu id est industria seu solertia alterius vt exercendo mercantiam ⁊ similia ⁊ similiter dāna que ex societate sicut ex causa proxima veniunt: non autem communicantur ea que veniunt ex officio vel meritis personę: vt donatio simpliciter vel causa mortis aut legata vel hereditas: nec similiter salaria aduocationis. tabellionatus. vel similiū: nec debita alterius nisi que fiūt causa questus vel societatis: etiam si licite contraxisset vt quia maritauit filiam. vel militauit aut renuit filium in studio: ⁊ multominus si sint illicite contracta: vbi condemnationes sue licite sue illicite non communicantur. Et hec so cietas semper intelligitur contrahi quando societas contrahitur sine distinctione: vt in.l. cotri.ff.pro so. 3.soci

¶ Tertia est societas certe rei. puta conuiendi. quia viuunt ad vnum panem. ⁊ ad vnum vinum: vel certe negotiationis vel lucrorum que consequuntur licet in diuersis negociationibus vel operibus: ex quibus lucrantur huius aliqua do alter operam alter pecunias ponat: aliquando vtrumq; de quibus infra societas. Et in hac communicantur lucra et damna que veniunt occasione illius negociationis vel mercantiarum de quibus pacti sunt secus de aliis prouenientibus aliunde.

Adde tamen q; omnia predicta verā sunt nisi socij aliter speciali pacto cauerint: quod seruandum erit: vel nisi aliter habeat consuetudo. de quo infra societas. j.H. vj. in fi. 4.q.

¶ Quarto queritur quomodo cognoscatur contracta societas inter fratres vel alios simul habitantes ita q; omnia lucra sint communicanda: ⁊ dico q; Bartolus in.l. si patruus .C. communia . vtriusq; iudicij. distinguit vtrum neuter vel uterq; aut alter tantum negotietur. Si enim nullus eorum negociatur non contrahitur societas licet hereditatem paternam ⁊ maternam simul indiuisam teneant.l.cum duobus.ff.pro so.H. si frater. Sed in hoc dissentit Baldus in additio. predicta. ⁊ in.d.l.ij patruus. dicens hoc casu ex actibus posse apparere affectum socialem: vt inter nobiles qui non faciunt questuarias mercantias ⁊ tamen conferūt omnia bona: salaria: dotes quia nemo negare potest hos esse sociales actus ex quibus presumitur intentio ⁊ voluntas. vt dicunt Joannes. de arena. ac Riza. ⁊ Oldra. discipulus eius. Si vero alter negociatur ⁊ alter non secundum Bartolum similiter non cōtrahitur societas: quia qui negociatur ex hoc magis videtur donare cū societatem contrahere: vt.ff.p socio.l.quinta. Sed Baldus dicit q; si is qui non negociatur omnia obuenientia sibi puta ex redditibus prebendę vel donibus confert. ⁊ sic faciunt hinc inde similiter vt supra contrahitur: quia talis presumitur mens qualis ex actibus colligi potest

ar.l.duo fratres.ff.de acqui.her.⁊.l. reprehēdenda ru magis ea.C.de insti.⁊ substi.⁊ similiter secundū bal. presumitur contrahi. alyqs se exercet in vna mercātia vel arte ⁊ alter in altera: vt in aduocatis ⁊ tabellionibus: quia lucrorum cōmunicatio societatis est contractio vel inchoatio: ⁊ similiter fm eum si vnus habet curam domus ⁊ alius sit aduocatus vel alter lucretur ⁊ ponerēt in domo. Sivero vterq; negociatur dicit bar. q; si alter est pupillus non potest intelligi cum eo contracta societas. quia hoc non posset expresse. ff. pro so.l.vt in conductionibus. ergo nec tacite .ff. loca.l. qui ad certum. sed si vterq; est maior dicit q; si cōmunicant lucra. ex hoc inter eos presumitur contracta societas: quia talis cōmunicatio aliter intelligi non potest: non tamen omnium bonorum vt quidā dicunt sed questus illius mercantie tantum: quia actus nostri voluntarij non extenduntur vltra ea que gerūtur.ff.ō iti.actiq; prima. l.j.H. vinia nius. Sed bal. dicit q; si alter est maior et alter pupillus habens tutorem qui communicat ⁊ cui communicatur. presumitur contracta societas: ⁊ si actus sunt vniformes societas restringitur solum ad questus venientes ex eis. sed in actibus in se difformibus ⁊ habētibus varietatem. presumitur societas generaliter contracta: nec consideratur an vnus plus. alius minus lucretur in hac generali societate: sed equaliter inquit omnia sunt pretienda. l.si socius pro filia. ff. pro so. hec ex illo. qui per hoc nō intendit hoc probare q; sit bal. tamen vide infra.H. sequen. 17. 20.

5 ¶ Quinto specialiter queritur quomodo cognoscatur contracta societas omnium bonorum: ⁊ dico q; bar in.l.titium. ff. de admi. tori. tuto. in.H. altero. postq; concluserit inter tres maiores negociātes ⁊ lucra communicātes contrahi tacitam societatem. querit que societas contrahatur an.j. omnium bonorū vel vnius negociationis: aut simpliciter: ⁊ respondet per regulam q; actus nostri voluntatis nō extenditur vltra ea q; gerunt allegāo multa iura. ⁊ deinde infert q; si communicauerunt lucra vnius negociationis illius est cōtracta societas. ⁊ similiter diuersarum si communicauerit diuersarum lucra: vnde si tit⁹ fundum emisset suo nomine communicare nō teneretur illum. sed pecuniam si fuisset ex dicta negociatione. ff. pro so.l.si vnus.H.j. sed si em ptio fundorum communi nomine celebratur etiam huius negociationis presumeretur cōtracta societas: ⁊ consequenter cogeretur cōmunicare. hec ex illo. Qui iuxta sensum bartho. in.d.l.ij patruus. intēditur recitatus est .H. priori. q; contrahatur societas certe rei: quāmen ibi bal. dicit falsum vbi actus sunt difformes: quia contrahitur societas simplicis ter sive generalis. i. olo lucri. iuxta bertachi. vero in ti. societas videtur q; contrahatur omnium bonorum: quia ad videndum quo modo tacite ⁊ trahatur talis societas. s. cum nium bonorum remittit ad Bart. in.d.l. titij ⁊ ad Petr. de perusio in tract. socie. iij. parte col. xiij. ⁊ Franc. por. de duo. fratribus. xx. q. lvj. Ego vero dico q; bald. melius intellexit bar. q; societas omnium bonorum non contrahitur nisi expresse agatur q; sint socij omnium bonorum. ff. pro so. l. ij. H. cum specialiter. ⁊ l. cotri. ff. eo. vbi dicitur cotri societatem etiam simpliciter licet si non fuerit distinctū videtur cohta esse vniuersorum que ex questu veniunt. hoc est si quod lucrum ex emptione. venditione. locatione. vel conductione. descēdit. hec ibi. Predicta autem expressio vel distinctio secundum aliquos fieri potest verbis ⁊ actibus: secundum alios vero non pōt fieri nisi verbis: quod videtur velle glo. in.d. l. cotri. que habet in verbo distinctus. i. expresse dictum q; fiebat omnium bonorum supta eo. l. ij. H. i. hec glo. Ego autē dico q; fit verbis principaliter et secundario effectibus.

¶ Sexto queritur quo tempore incipiat et quo finiatur societas: ⁊ dico q; si verbis contrahatur. standum est conventioni: si vero actibus dicit bar. in.d.l. titium. q; ab eo tempore incipit quo socij cōmunicare ceperint: ⁊ ab eo ex quo desierint communicare dissoluta. ff. pro so. l. vtiq. si tamen alter tantum desiit communicare. non renunciabat societati seruā dum est quod dicitur in. l. actione. ff. eo. 6

¶ Septimo queritur circa fratrum diuisionem quod peculium si communicandum et quod non: ⁊ dico quod si nulla interuenit solennitas vt patet ex dictis ti. priore. H. i. communicabitur solum professitium. non autem castrense nec quasi castrense. nec aduenticium ⁊ quod de his peculijs dicitur intellige de ominibus de quibus in ti. priore dictum est q; per tinēat ad hoc peculiū vel ad illud. Adde etiā que dicentur ab hoc. H. vsq; ad decimumoctauum inclusiue. Si vero interuenit aliqua solennitas. dic vt infra incipiendo a. H. decimono vsq; ad finem. 7

¶ Octauo queritur vtrum pecunia data filio a patre pro studio post mortem patris sit computanda in sua parte. et dicit bartholus 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

